

1.

1219.

II. András a János esztergomi érsek hűségéért, kire többedmagával, a Szentföldön való távolléte idejére, az ország kormányzását bizta és a ki a garázdálkodók által javaitól megfosztva az országból száműzetett, a kanonokok pedig ezen idő alatt szintén sok kárt szenvedtek, — az Erdélyben fekvő Vincz (Felvincz) földet a rajta élő s névszerint felsorolt udvarnokokkal együtt az esztergomi káptalannak adományozza.

Fejér, CD. III. 1. 269. Teutsch u. Firnhaber, Urkundenbuch, I. 13. Magyar Sion, II. 206. Wenzel, ÁUO. VI. 399. Knauz, Monum. eccl. Strigon. I. 221.

Regestája Teutsch u. Firnhaber i. m. XXIII. Szentpétery, ÁKOKJ. I. 117.

— — Andreas dei gratia Hungarie — — rex — —
Cum — — nos assumpto peregrinationis debitum redditori
ultra mare in subsidium terre Sancte fuisset profecti
et — — regnum positum in pace optima et quiete com-
misissemus nostris fidelissimis — — Johanni archiepis-
copo et aliis quibusdam in statu, in quo nobis recedentibus
fuerat gubernandum, quamplurimi potentum et nobilium
regni satellites Sathane — — nostris dispositionibus ausu
presumpserunt nephario confraire — — memoratus — —
archiepiscopus iniunctorum sibi a nobis constantissimus
observator— — ab eisdem tyrannis rebus omnibus et
redditibus spoliatus captus — — extra Hungariam est
eiectus, — — canonici etiam — — plurimis et gravissimis
dampnorum et iniuriarum penis et passionibus afflicti
in sue fidelitatis proposito immobiliter permanserunt. Nos

igitur in tante fidelitatis memoriam et compensationem, in passionum et afflictionum suarum quandam consolationem, eisdem canonicis in Ultrasilvanis partibus dedimus quandam terram, que Wynchy vocatur, cum udvornicis nostris et eorum heredibus in perpetuum possidendam.

— — Datum per manus Cleti aule regie cancellarii et prepositi Agriensis ecclesie, anno ab Incarnatione Domini M^{mo} CC^{mo} XIX^{mo} — — regni nostri anno sextodecimo.

2.

1221.

II. András rendeli, hogy azon károk pótlásául, melyeket az esztergomi érsek és a kanonokok az ő Szentföldön létekor szenvedtek, a nevezett kanonokoknak minden Aranyosvincen keresztül sőt szállító szekértől egy darab kőszót adjanak.

Fejér, CD. III. 2. 224 Teutsch u. Firnhaber, Urkundenbuch I. 48. Knauz, Monum. eccl. Strigon. I. 277.

Regestája Teutsch u. Firnhaber i. m. XXXI. Szentpétery i. m. I. 124.

1221. Andreas dei gratia rex Hungarie — — cum Strigoniensis ecclesia, quia ab ipsa tanquam a matre ceterarum ecclesiarum et magistra ecclesiastica recipimus sacramenta, prerogativa gaudere debeat speciali, statuimus, ut in loco, qui Oronos Winch dicitur, quem locum cum suis pertinentiis eidem ecclesie nullo participante contulimus in recompensationem dampnorum, que tam episcopus quam ipsi canonici pro nobis perpassi sunt, dum essemus in servitio Jesu Christi, quilibet currus cuiuscunque sit inde pertransiens et sales deferens unum salem conferat capitulo pro tributo scilicet duos Kulus. — — Datum anno Domini M^{mo} CC^{mo} XXXI^{mo},¹⁾ regni nostri decimo octavo.

¹⁾ Keltezési évére nézve 1. *Karácsonyi*, Hamis, hibáskeltű és keltezeten oklevelek jegyzéke 50.

3.

1227.

Béla ifjabb király az esztergomi káptalan szolgálatára Aranyosvincen Torda vármegyében négy várszolgámanstól enged által.

Magyar Sion, II. 215. Knauz, Monum. eccl. Strigon. I. 265. Wenzel, ÁUO. XI. 200.

Regestája Szentpétery i. m. I. 178.

Bela dei gratia rex, primogenitus regis Hungarie —

—
cum Strigoniensis ecclesia, quia ab ipsa tanquam a matre ceterarum et magistra ecclesiastica recepimus sacramenta, prerogativa gaudere debeat speciali, concessimus ad petitionem fratrum eiusdem ecclesie in Ultrasilvanis partibus quatuor mansiones castrensium in predio eorundem, quod Oranas Winc appellatur, commorantes et ad comitatum Torda spectantes. — — Datum per manus Mathie prepositi Zagrabiensis aule nostre cancellarii, anno M^{mo} CC^{mo} XXVII^{mo}. — —

1227.

4.

1250. június 23. Győr.

IV. Béla Szcolounát, melyet atyja a zalai vártól elszakítva, érdemeiért a szászokkal, székelyekkel, oláhokkal és besenyőkkel Ascen Burul bolgár császár segítségére küldött, továbbá a Román rutén herceg ellen viselt hadjáratban vitézkedő Geche fia Iwachin szebeni ispánnak adományozott, ő azonban a várbirtokok visszaszedésekor visszavett volt, nevezett ispán fiainak a sajói ütközetben és Záránál vitézkedő Tamás karakói ispánnak és a királyné kancelláriáján szorgoskodó, s kül- és belföldi követségekbe járó Fülöp zágrábi püspöknek, — a II. András adománylevelének megerősítése mellett — új adomány címén visszaadja.

Egyszerű XVII. sz. *másolata* a Kukuljevics-gyűjteményből Orsz. Lt. *MODL.* 36.224.

Szentpétery, ÁKOKJ. I. 277. Mátyás 1486. dec. 13. tartalmi átiratáról. *Wenzel, ÁUO. VII. 310. Smičiklas, CD. 421.*

Az oklevél itt közölt töredéke *Századok* 1912. 292.

Bela dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Choruatiae
— — rex — — nos volentes quondam possessionem
nomine Szcolouna, quam a castro Szaladiensis quondam
exemptam inclitae recordationis pater noster Iwachino
comiti Scibiniensi bonae memoriae, filio comitis Geche
pro suis multiplicibus servitiis regalis privilegii more merito
donaverat, filiis et universis eiusdem haeredibus immo-
bilitate conservare, cum longum esset universa eius servitia
litterali oraculo recitare, quaedam de hiis — — cura-
vimus praesentibus annotari — — Cum itaque Ascenus
Burul imperator quondam bulgarorum auxilium ab inclitae
memoriae patre nostro contra infideles suos de Budino
quondam ex amicitiae fiducia implorasset, rex ipse comi-
tem Iwachinum, associatis sibi saxonibus, olacis, siculis
et bisseis, in subsidium illi transmisit eum ille ductorem
exercitus praefereudo, qui cum super fluvium Obozt
pervenisset, tres duces de Cumania ipsis occurrentes cum
eis praelium commiserunt, quorum duobus in illo praelio
occisis, tertium nomine Karaz comes Iwachinus vinctum
transmisit ad regem. Perveniens siquidem ad castrum Bu-
din viriliter pugnando, exercitum sibi subditum in facto
praelii laudabiliter confortando, ita quod duas portas ci-
vitatatis igni combussisset, tandem post forte praelium ibi
commissum, licet equo, cui insedebat, occiso sub eo, ipse
acceptis laethalibus plagis vix vivus remansit — — tamen
— — castrum Budin ad manus eidem Burul Asceni cum
pleno dominio restituit¹⁾ — — Datum Geurini²⁾ per ma-
nus magistri Achillis praepositi Albensis aulae nostrae

¹⁾ *Karácsonyi* szerint II. András a Román rutén herceg ellen 1211-ben viselt had *előtt*, 1210-ben küldötte Türje nembeli Joachim szebeni ispánt Ascen Burul bolgár császár segítségére. — *Századok*, 1912. 292—294.

²⁾ Az 1486 évi tartalmi átiratban.

vicecancellarii, anno dominicae Incarnationis Millesimo ducentesimo quinquagesimo, et nono Kalendas Julii, regni autem nostri anno quintodecimo. 1250. jún. 23.

5.

1293.

Frátai Ősz ispán és fiai az erdélyi káptalan előtt Nagy- és Kisméhes, továbbá Velkeraloka nevű örökös földjeiknek felét Náznánnak és a szentkirályi serviens székelyeknek ötven márkáért eladják.

Átirata az erd. káptalan requisitorainak, a nevezett kápt. egykorú jegyzőkönyvének töredékéről, 1580. marc. 23-án náznánfalvi Zeleméri Péter részére kiadott oklevelében. Ennek *fényképei* gyűjteményemben. *Másolata*, amely 1764. máj. 14-én gróf Haller Pál számára készült, az Orsz. lt., Máthé Izsák kir. tábl. ügyvéd iratai nr. 161.

Item, in anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tertio etc. Quod comes Vs de Fhratha pro se et pro Petro ac Nicolao filiis suis personaliter coram nobis comparando, totalem medietatem quarundam haereditariarum terrarum suarum, ut idem dixit, Mehes videlicet Maioris, in qua lapidea ecclesia in honorem beati Martini stat constructa, et Mehes Minoris ac Velkeralwke vocatarum cum omnibus utilitatibus et pertinentiis earundem, silvarum scilicet pratorum, foenorum et piscinae existentium inter ipsas¹⁾ duas²⁾ Mehes, de bona voluntate et consensu dictorum filiorum suorum, ut idem dixit, dedit et vendidit Naznano et servientibus siculis de Sancto Rege et per eos eorundem successoribus, sub eisdem antiquis metis, signis seu limitibus, quibus eas habuit, possidendam et habendam iure perpetuo pro quinquaginta marcis, Naznano et servientibus praedictis per eundem comitem Vs plene rehabitis et perceptis, cum utilitatibus ad ipsas medietates terrarum praedictarum ac pertinentiarum, 1293.

^{1—2)} ipsos duos *az átiratban*.

omnium proventuum ad suos iobagiones seu terras memoratas per quemcunque ipsorum addictorum, dedisset et vendidisset sibi et suis successoribus semper percipiendam in perpetuum, aliam vero medietatem Naznano et haeredibus ac eorum successoribus perpetuo percipiendam et habendam etc.

6.

1324. febr. 5.

Az erdélyi káptalan jelenti Tamás erdélyi vajdának, hogy Szárazpataknak és Feltorjának igazságtalan felosztását s Szárazpatakon a rutének elvételeét a vizsgálat igazolván, Apor fiait Sandrint és Aport s István fia Egyedet Szárazpataki Istvánnal szemben törvénybe idézte.

Eredetije hártján Orsz. lt., MODL. 30612.

Szabó K., Székely Oklevéltár I. 40., a gr. Kemény József hibás és hiányos másolatáról.

Magnifico viro Thome voyvode Transsilvano et comiti de Zonuk et de Cybinio, amico suo capitulum ecclesie [Albensis Transsilvane] ¹⁾ amicitiam paratam cum honore. Litteras magnitudinis vestre noveritis nos recepisse in hec verba:

Discretis viris et honestis dominis et amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane Thomas voyvoda Transsilvanus, comes de Zonuk et de Cybinio amicitiam paratam et se totum cum honore. Conqueritur nobis Stephanus filius Johannis nobilis de Zarazpotok, quod Sandrinus filius Opor et Opor frater eiusdem Sandrini ac Egidius filius Stephani fratres sui pactum et ordinationem super ipsa possessione Zarazpotok mediantibus litteris nostris inter ipsos habitam et ordinatam minime observassent, sed ipsam possessionem

¹⁾ Kiszakadva.

Zarazpotok sine homine nostro et testimonio capituli aut conventus inter se divisissent absque sua voluntate, et in ipsa divisione curias servorum suorum priorum sibi pro debita portione potentialiter tradidissent, et ipsi pro se homines liberos et curias liberorum hominum in portionem ipsorum elegissent et recepissent. Insuper autem quosdam rutenos suos, a patre suo ibi commissos salvis rebus et personis occupassent et nunc detinerent occupatos, et utilitates eiusdem possessionis potentialiter in ipsius preiudicium et gravem iacturam perciperent et percepissent usquemodo. Ceterum etiam quandam possessionem ipsorum Feltoria vocatam, que Opour filium Opour in aliqua parte non attingit, prefati Sandrinus et Egidius absque sua similiter voluntate divisissent et sibi portionem habitatoribus per omnia destitutam assignassent et pro se ipsis partes populorum multitudine decoratas accepissent. Super quo amicitiam discretionis vestre presentibus requirimus diligenter, quatenus cum Ladislao de Pech iu(v)ene aule nostre vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo idem homo noster de omnibus premissis et singulis premissorum sciat et inquirat omnimodam veritatem, et scita veritate ipsos Sandrinum, Opour et Egidium ad nostram citet presentiam ad terminum competentem contra Stephanum prenotatum. Et post hec, prout vobis de premissis veritas constiterit, nobis cum die citationis, termino assignato et nominibus citatorum ac cum totius facti serie in vestris litteris vestri gratia nobis rescribatis. Datum in Deua, secundo die octavarum Epiphanie Domini anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} quarto.

Nos igitur petitionibus vestris acquiescentes cum ipso Ladislao homine vestro ad exequendam continentiam ipsarum litterarum vestrarum unum ex nobis magistrum Paulum, concanonicum nostrum misimus vice nostra pro testimonio, qui quidem homo noster et prefatus Ladislaus homo vester demum ad nos reversi concorditer dixerunt nobis requisiti, quod idem homo vester ima cum ipso homine nostro feria quinta

jan.
26.

proxima post festum Conversionis beati Pauli apostoli ad terram seu possessionem Zarazpotok vocatam accessissent et prefatus homo vester sub testimonio dicti hominis nostri diligenti inquisitione habita tam secrete quam manifeste ab hominibus, a quibus decuit et licuit, in premissis veritatem scivisset et scire potuisset, invenisset, quod prefata divisio dicte possessionis Zarazpotok inter ipsos indebite et iniuste facta extitisset, in eo videlicet, quod ipsi Stephano filio Johannis et fratribus suis preter decem domos servorum suorum quatuordecim curias hominum liberorum, in quibus quidam Ruteni essent, assignassent et iidem Sandrinus, Opor et Egidius de ipsa possessione Zarazpotok octoaginta quinque mansiones hominum liberorum rutenorum et aliorum pro eorum portione recepissent. Preterea in prefata quinta feria post festum Conversionis beati Pauli apostoli dictus Ladislaus homo vester simul cum ipso homine nostro accessisset ad villam seu possessionem Feltorya vocatam, et similiter diligenti inquisitione habita a quibus decuit et licuit, scivissent et audi(vi)ssent, invenissent divisionem inter ipsum Stephanum cum fratribus suis ac Sandrinum et Egidium super ipsa possessione Feltorya vocata habitam indebite et iniuste factam, in eo videlicet, quod ipsi Stephano et fratribus suis portionem terre habitatoribus fere destitutam, in qua nunc tantummodo triginta mansiones essent. assignassent, in portione vero Egidii centum et viginti quinque forent mansiones, et in portione Sandrini centum et septem mansiones in eadem terra Feltorya existerent. Unde visa et inventa huiusmodi divisione in possessionibus supradictis sepefatus homo vester in facie ipsarum terrarum in predicta die citasset ipsos Sandrinum, Opor et Egidium ad vestram presentiam contra Stephanum filium Johannis prelibatum responsuros octavas Purificationis beate virginis proxime venturas eisdem pro termino assignando coram vobis comparendi. Datum in festo beate Agathe virginis et martyris, anno Domini M^{-mo} CCC^{-mo} XX^{-mo} 1324. febr. 5. Item nec hoc pretermittimus, quod retulerunt

etiam, quod quosdam Rutenos a patre suo sibi commissos iudem Sandrinus, Egidius et Opor pro portione sua in Zarazpotok occuparunt.

Kívül: Magnifico viro Thome voyvode Transsilvano, comiti de Zonuk et de Cybinio amico suo.

7.

1327. jun. 4

Sándor országbíró mérlegelvén a jelenlévő s névszerint felsorolt országnagyokkal az esztergomi káptalan és az Aranyos melléki kézdi székelyek közt Felvinc felett folyó s több ízben elhalasztott perben általuk bemutatott 1219., illetve 1291-ik évi kiváltságleveleket, megállapítja, hogy II. András korábban adta Aranyosvinct a káptalannak s annak birodalmába Neuke akkori erdélyi vajda által be is iktattatta. Ellenben III. Andrásnak a székelyek javára szóló kiváltságlevele későbbi, királyi ember őket a kérdéses föld birtokába nem iktatta be, adománylevelüket eddig Htokban tartották, nevezett András (rex pretendens) a kanonokoknak II. András adta földet nem vette el és végül a székelyeknek IV. László adta kiváltságlevél Felvincet nem említi. Az elmondottak alapján nevezett országbíró Felvincet a káptalannak, a székelyeket pedig örök hallgatásra ítéli. Ezenfelül ezeknek bármilyen Felvincre vonatkozó, eddig esetleg eltitkolt kiváltságleveleit semmiseknek nyilvánítja.

Átirata az esztergomi keresztesek conventjének 1327. június 11-én, hártján kelt oklevelében, az esztergomi káptalan lt. *Lad.* 66. I. 4.

Nos comes Alexander iudex curie serenissimi principis domini Karoli incliti regis Hungarie. Memorie commendantes significamus quibus expedit presentium per tenorem universis, quod cum anno Incarnationis dominice M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} Gregorius filius Petri de Gyogh homo domini nostri regis sub testimonio honorabilis capituli ecclesie Transsilvane syculos de Kyzd iuxta Aranas existen-

1320.

- tes contra honorabile capitulum sancte Strigoniensis ecclesie legitime citationis processu observato ad regie maiestatis presentiam citasset specialem, causaque ipsarum partium iuxta continentiam litterarum magnifici viri magistri Lamperti bone memorie predecessoris (nostri) iudicis curie regie, edicto regio interveniente, ad octavum diem accessus domini nostri regis ad partes Transsilvanas in Albam fuisset prorogata; demum itaque dum idem dominus noster rex pro rebellionibus et ausibus temerariis quorundam, qui iugo debiti obsequii deposito cornu sue infidelitatis contra dominum suum naturalem elevare improbe nitebantur, recompensendis et conterendis anno 1324. Domini M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} quarto accedens, memorato magistro Lamperto stadium huius vite ibidem in partibus Transsilvanis feliciter finiente, nobili ac magnifico viro domino Thome woyuode Transsilvano, comiti de Zonuk et de Cybinio, prout in litteris eiusdem domini nostri regis plenius continetur, iudicandum commisisset, iidemque Syculi in termino ad partes Transsilvanas ambabus partibus assignato ad presentiam ipsius domini woyuode ad legitimum terminum <eosdem syculos>¹⁾ observato debito modo citationis ad presentiam sepedicti woyuode, ut in litteris suis uberius vidimus, evocassent;²⁾ tandemque idem dominus noster rex ipsam causam ad suam specialem presentiam, ut cautius iudicium fieri posset, inter partes iterato resumens, de voluntate partium earundem ad octavas festivitatis beati Georgii martyris tunc proxime subsequentes, ipsis autem octavis beati Georgii advenientibus de legitimorum procuratorum earundem partium beneplacito ad octavas tertie revolutionis annualis eiusdem festi beati Georgii ad finalem decisionem et expeditionem sine ulteriori dilatione partibus faciendam fuisset prorogata.
- (1324. máj. 1.)
1327. máj. 1. Igitur occurrentibus ipsis octavis tertie revolutionis annualis videlicet anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} septimo,

¹⁾ Feleslegesen és hibásan.

²⁾ evocati fuissent *volna helyesen*.

discretis viris dominis Theofilo preposito et magistro Johanne archidiacono Huntensi procuratoribus memorati capituli pro eodem sancte Strigoniensis ecclesie capitulo ab una parte, item Jacobo Rufo et Petro filio Jacobi similiter procuratoribus dictorum syculorum cum causalibus litteris eorundem syculorum pro ipsis syculis de Kyzd ex altera, ex regia speciali permissione coram nobis, nec non coram quibusdam prelatis, baronibus ac nobilibus regni ad id speciali mandato regio deputatis comparantibus et constitutis, iidem prepositus et Johannes archidiaconus vice et nomine eiusdem Strigoniensis ecclesie capituli quedam privilegia seu instrumenta illustris principis domini Ladizlai inclite memorie quondam regis Hungarie, privilegiales litteras serenissimi principis domini Andree regis felicis recordationis, regni Hungarie rempublicam feliciter quondam gubernantis anno dominice Incarnationis M^{mo} CC^{mo} XIX^{mo} 1^o) confectas confirmantia 1219. nobis presentarunt et in medium produxerunt, in quibus, quod prelibatus dominus Andreas rex quandam terram Oronaswynch vocatam in partibus Transsilvanis sub metis et terminis quibusdam cum utilitatibus ac aliis pertinentiis, ut ibidem expressis habetur, pro quibusdam specialibus fidelitatibus domini Johannis quondam archiepiscopi eiusdem Strigoniensis ecclesie et sui capituli canonicis de eodem capitulo perpetuo contulerit possidendam, et quod Neuke tunc woyuoda Transsilvanus ex mandato regie maiestatis convocatis universis, quos oportuit interesse, in possessionem et dominium eiusdem terre et suarum utilitatum, sub metis et terminis, ut ibidem clarius continetur, ac aliis terris aliorum ipsam distingens introduxerit nemine penitus contradictore apparente conpertum extitit evidenter.

In quorum contrarium supradicti Jacobus et Petrus suo et eorundem syculorum nomine formam seu transscriptum quarundam litterarum privilegialium Andree regis, quedam privilegialia instrumenta supradicti domini Ladizlai 1291.

¹) Kivonatosan l. az 1. szám a.

regis anno Domini M^{mo} CC^{mo} monagesimo primo,²⁾ emanata confirmantium sub sigillo honorabilis capituli ecclesie Transsilvane nobis exhibuerunt, in quibus comperimus contineri, quod idem Andreas rex pro multifariis fidelitatibus et servitiorum meritis, sicut ibidem prolixius est insertum, ipsam terram Felwynch inter ceteras terras ipsis syculis, sine preiudicio tamen iuris alieni, ut ibidem habetur, contulisset perempniter tenendam et habendam. Verum tamen quod aliquis homo regius legitimo processu observato ipsam terram dictis syculis statuisset et quod idem dominus rex Andreas auferendo eandem terram a capitulo Strigoniense memorato ipsis syculis contulisset non reperiebatur in litteris eorundem, nos igitur una cum venerabilibus patribus dominis fratre Ladizlao dei et apostolica gratia Colocensi archiepiscopo aule regie cancellario, Nicolao Jauriensi et Andrea Transsilvano ecclesiarum episcopis, item honorabilibus viris magistro Andrea Albensis aule regie vicecancellario, Johanne Westprimiensi, Nicolao Transsilvano, Andrea Budensis et Stephano Quinqueecclesiensis ecclesiarum prepositis, preterea magnificis viris magistro Phylippo palatino comite Sepesiensi et de Vywar ac iudice Comanorum, Demetrio magistro thauarnicorum domini nostri regis, Thoma woyuoda Transsilvano comite de Zonuk et de Cybinio, Mykch bano totius Sclavonie, magistro Symone comite syculorum nec non cum aliis regni nobilibus, qui tunc interesse poterant, ex regio edicto eorundem privilegiorum tam diversis temporibus, ut pretactum est, contra se se confectorum et emanatorum continentias diligentissime iudicio rationis intuentes, viresque unius instrumenti ad alterius vigorem comparantes et conferentes, exhincque plurimis diebus maturis deliberationibus, coniectionibusque providis habitis in premissis, quia privilegialia instrumenta ipsius capituli Strigoniensis antiquiori tempore et priori fuerunt emanata et quod per divos reges Belam videlicet et Ladizlaum eadem privilegia fue-

²⁾ Szabó K., Székely Oklevéltár I. 26.

rant confirmata et munita, prout in litteris confirmatoriis eiusdem domini Ladizlai regis plenius inspeximus contineri, ipsaque terra per hominem regium sub certis metis in ipso privilegio eorum conscriptis legitimo processu, ut pretactum est, ipsis canonicis seu capitulo statuta fuisse reperiebatur; et deinde quia privilegia ipsius domini Andree regis nomine ipsorum syculorum exhibita moderiori et posteriori tempore confecta extiterant, nec legitime per hominem regium ipsis syculis ipsa terra statuta extitit, et quod per eundem Andream regem eis sine preiudicio alieni iuris fuit donata; pro eo etiam, quia iidem Syculi privilegium ipsorum a tanti temporis spatio in lucem non porrexerunt, sed semper in absconditis tenerunt; propter hoc eti[am special]liter, quia collationem per prius nominatum dominum Andream regem ipsis canonicis prius et antiquius factam novissime subsequens Andreas rex pretendens aliquam evidentem rationem in eisdem litteris suis non revocavit, nec ipsam terram quomodo abstulit ab eisdem, nec ipse littere domini Ladizlai regis de possessione¹⁾ ... pro syculis faciebant mentionem; item quia dominus Ladizlaus rex quorumlibet impetrationes de ipsa possessione Fulwynch irritabat, cassabat seu in irritum revocabat: memoratam terram seu possessionem Fulwynch sub metis, terminis et distinctionibus ac cum utilitatibus suis quibuslibet et pertinentiis atque ...²⁾ quod in litteris privilegialibus ipsius³⁾ capituli uberius habetur, ipsis canonicis capituli ecclesie Strigoniensis adiudicari debere decernentes modo pretacto ipsis canonicis adjudicavimus, approbavimus⁴⁾ et sententialiter proportionavimus, ac etiam per hominem nostrum specialem Mark nomine, s ...⁵⁾ approbatam statui iam iussimus perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, ipsis syculis tam singulis singu-

¹⁾ Két-három szó 25 mm. kiszakadva.

²⁾ Három-négy szó 36 mm. kiszakadva.

³⁾ ipsorum az *átíratban*.

⁴⁾ *appropavimus u. o.*

⁵⁾ Három-négy szó 36 mm. kiszakadva.

lariter, quam toti communitati eorundem communiter super predicta possessione Felwynch perpetuum silentium imponentes. Si autem iidem syculi al[ias quascunque litteras]⁶⁾ privilegiales in facto terre Felwynch prenotate habent et habuissent et easdem occultando noluisse exhibere, in quantum ipsam terram Felwynch in se continent, dampnamus, irritamus ac anichilamus in his scriptis. In cuius adiudicationis nostre testimonium et perempnem [memoriam (!) littera]s⁷⁾ nostras privilegiales sigilli nostri autentici, nec non quorundam aliorum premissorum ipsam causam regio edicto iudicantium nobiscum sigillorum pendentium appositionibus ad maiorem evidentiam iustitie eiusdem Strigoniensis capituli communitas ipsi capitulo duximus emanari faciendas. D[atum]⁸⁾ quinta feria proxima ante octavas Penthecostes, anno Domini M^{-mo} CCC^{-mo} XX^{-mo} septimo.

1327.
jún.
4.

8.

1327. jul. 30.

Az esztergomi káptalan az erdélyi káptalan előtt a kézdi székyeket Felvinc bitorlásától s az ott lakó népek zsarolásától tiltja.

Eredetije hártján, kerek zárópecsét nyomaival az esztergomi kápt. lt. Lad. 66. I. 8.

máj.
30.

Nos capitulum ecclesie Transsilvane. Damus pro memoria, quod discreti viri Theophylus sancte Strigoniensis ecclesie prepositus et magister Gregorius eiusdem ecclesie canonicus suo et totius capituli eiusdem vice et nomine coram nobis personaliter constituti protestati sunt per hunc modum, quod cum in vigilia Penthecostes proxime preterita magnificus vir Alexander comes, iudex curie domini regis Hungarie una cum prelatibus superioribus

^{6—7)} Kiszakadozott helyek.

⁸⁾ Kiszakadva.

et inferioribus, barronibus et nobilibus regni, qui tunc presentes in curia regia aderant, sedens pro tribunali, possessionem Feluinch vocatam cum suis pertinentiis, metis et terminis antiquis limitatam, prout in privilegiis ipsius capituli continebatur, quam syculi de Kyzd potentialiter detinebant occupatam eidem capitulo adiudicasset et sententiam diffinitivam tulisset pro eodem capitulo, ipsi syculis perpetuum silentium imponendo, sed ipsi syculi iudicium regum et iustitiam regni parvipendentes, immo contempnentes a die date sententie super hoc super populos ipsius capituli in eadem possessione Felvynch residentes solum per facti potentiam propria temeritate centum quinquaginta marcas successivis vicibus, in grave preiudicium et iacturam ipsius Strigoniensis ecclesie exegissent, prout certitudinaliter a communibus Christi fidelibus et ab eisdem populis experiri potuerunt; prohibuerunt etiam coram nobis predictos syculos, ut a prefata possessione et a populis in eadem residentibus manus suas retraherent et dominium iudicandi aut aliquas utilitates et proventus, exactiones, collectas pro se percipiendi, quemadmodum usque nunc potentialiter habuerunt, deinceps non haberent et omnino cessarent a vexatione eorundem. In cuius protestationis et prohibitionis testimonium et memoriam, ut tempore debito ius ipsius capituli servetur illesum, ad petitionem eorundem prepositi et magistri Gregorii presentes eisdem exigente iustitia duximus concedendas. Datum feria quinta proxima ante festum sancti Petri ad Vincula anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} septimo.

1327.
júl.
30.

Kivül: Protestationalis pro capitulo ecclesie Strigoniensis contra syculos de Kyzd super exactione centum quinquaginta marcarum a populis ipsius capituli de Feluinch et aliis articulis.

9.

1327. aug. 2. Torda.

A vajdai szék alkalmával, Tamás erdélyi vajda előtt, az esztergomi káptalan képében megjelent Theofil prépost és kanonok társa tiltakoznak az ellen, hogy amikor a király emberével és az erdélyi káptalan tanujával Felvinc faluba be akartak menni, hogy határát megjárván, annak birodalmába az ítélet értelmében a káptalant beiktassák, a nagy számban összegyűlt nyakas kézdi székelyek útjokat állván, ebben életveszélyes fenyegetésekkel megakadályozták, egyben Sándor országbíró is megvádolták, hogy pénzért hamisan ítél.

Eredetije hártján, kerek záró pecsét nyomaival az eszterg. kápt. lt., Lad. 66. I. 9.

aug.
2.

Nos Thomas woyuoda Transsilvanus et comes de Zonuk. Damus pro memoria, quod cum in congregatione nostra generali in Dominica videlicet in crastino octavarum beati Jacobi apostoli una cum universis nobilibus et iudicibus nobilium de partibus Transsilvanis in Thorda celebrata essemus, honorabiles et discreti viri Theophylus dictus Puer sancte Strigoniensis ecclesie prepositus et magister Gregorius eiusdem ecclesie canonicus in eadem congregatione nostra coram nobis personaliter constituti, suo et totius capituli Strigoniensis vice et nomine dixerunt et protestati sunt in hunc modum, quod vir magnificus Alexander comes, iudex curie serenissimi principis domini Karoli dei gratia regis Hungarie domini nostri una cum prelati et baronibus, ex quibus nos tunc unus fuimus, ac nobilibus regni, qui tunc presentes aderant, sedens pro tribunali possessionem Feluinch vocatam cum omnibus suis pertinentiis, quam syculi de Kyzd longo tempore detinuerant potentialiter occupatam, eidem capitulo Strigoniensi prout eorum iuris extiterat adiudicavit, data sententia super hoc diffinitiva pro capitulo memorato et ipsum capitulum per hominem eiusdem domini

nostri regis Mark nomine cum testimonio capituli ecclesie Transsilvane secundum consuetudinem regni iusserat introduci in possessionem prenotatam; sed cum idem homo domini nostri regis cum testimonio ipsius capituli Transsilvani una cum eisdem preposito et magistro Gregorio voluissent intrare in eandem possessionem ut debebant, predicti syculi de Kyzd congregata multitudine eorum eosdem domini nostri regis et capituli homines, nec non prepositum et magistrum Gregorium potentialiter contra iustitiam et mandatum regum prohibuerunt sic dicendo, quod si periculum suarum personarum vellent evitare, ingressum eorum ulterius prohiberent nullum passum faciendo, ubi in via publica stantes erecta cervice propria temeritate ducti nec mandatum, nec litteras ipsius domini regis videre et audire voluerunt, ac a reambulatione et statutione ipsius possessionis et erectione metam similiter prohibuissent manu violenta, infamantes ipsum Alexandrum comitem, iudicem curie eiusdem domini nostri regis in presentia multorum et coram ipsius domini regis et capituli predicti hominibus dixerunt pro pecunia falsum iudicium iudicasse. Protestati sunt etiam iidem prepositus et magister Gregorius, quod a vigilia Penthecostes post datam sententiam iudicariam super populos in eadem possessione residentes centum quinquaginta marcas cum ipsorum gravamine exegissent syculi memorati preter alias molestias et iniurias, quas eisdem populis non desistunt irrogare. Quibus taliter protestatis prohibuerunt eosdem syculos in presentia totius nostre congregationis, ut cessarent a regimine, dominio, infestatione et vexatione eorundem populorum et manus suas retraherent penitus ab eisdem, nec ipsos ad suum iudicium ulterius evocarent. In cuius protestationis et prohibitionis testimonium ad petitionem ipsorum prepositi et magistri Gregorii exigente iustitia nostras litteras duximus concedendas. Datum die et loco memoratis, anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} septimo.

máj.
30.

1327.
aug.
2.

Kívül: Super protestatione facta contra syculos de Kyzd pro preposito et capitulo Strigoniensi.

10.

1342. aug. 8. Visegrád.

Nagy Lajos a telegdi, csiki és Kézdi széki székelységnek megparancsolja, hogy tegyenek jelentést arról, valjon a Sepsi széki székelyek az ő tanácsukra hatalmaskodtak-e a Hidvégi Benczencz unokáinak Zsombor és Gerebencs, illetve Oltzeme nevű birtokain, avagy nem?

Eredetije papíron, hátára nyomott veres viaszpecsét töredékeivel az Erd. Múzeumban, Báró Kemény Pál lt. lajstromozatlan.

A mult század elejéről való feljegyzés a hátán: Ez nem jószág conserválni vagy keresni való.

Lodovicus dei gratia rex Hungarie. Fidelibus suis universitati syculorum de Telugd, de Chyki et de Kyzd salutem et gratiam. Dicunt nobis Johannes filius Dominici filii Benchench, et Jacobus filius Mykou filii eiusdem¹⁾ Benchench de Hyduig, quod universitas syculorum de Sebus ex consensu vestro precognita malitia in quindenis festi sancti Georgii martyris anno in presenti ad possessiones ipsorum Sumbur et Gerebench vocatas potentialiter venientes easdem omnino spoliassent, ita, quod omnia bona iobagionum ipsorum mobilia et immobilia in eisdem possessionibus inventa abstulissent, per quod eedem possessiones penitus desolate existerent. Et de hoc non contenti, in octavis eiusdem quindene sancti Georgii martyris ad domum ipsorum in terra Oltzeme vocata habitam similiter potentialiter veniendo, eandem omnino destruxissent et alias iniurias eisdem culpīs ipsorum non exigentibus intulissent. Cum igitur nos tale factum in regno nostro fieri non velimus et etiam de premissis illicitis factis bono modo sciscitari intendamus, fidelitati vestre firmiter precipimus et districte, quatenus visis presentibus, illud verum iidem siculi de Sebus cum vestro consilio predictas

máj.
8.

máj.
15.

¹⁾ Sorköz betoldás.

spoliationem,²⁾ iniurias ac destructionem eisdem Johanni filio Dominici et Jacobo filio Mykou fecerint nec ne, nostre maiestati ad fidelitatem vestram sacre³⁾ corone et nobis debitam nunciare suo modo debeatis, aliud sicut nostram gratiam offendere formidatis non facturi. Datum in Alto castro, feria quinta proxima ante festum sancti Laurentii martyris anno Domini M^{-mo} CCC^{-mo} XL^{-mo} secundo.

1342.
aug.
8.

11.

1345. jún. 1. Visegrád.

Nagy Lajos király az esztergomi káptalannak a felvinci székelyek ellen indított perét, az ügy fontossága miatt Erdélybe menetelére halasztja.

Eredetije papíron, zárópecsét nyomaival, az esztergomi kápt. lt. Lad. 66. I. 10.

Lodovicus dei gratia rex Hungarie. Damus pro memoria, quod causam, quam honorabile capitulum ecclesie Strigoniensis in octavis beati Georgii martyris proxime preteritis, iuxta continentiam litterarum nostrarum atque domine regine genitricis nostre karissime contra syculos de Fulwynch habebat coram nobis, propter cause arduitatem et examinationem instrumentorum pro eo, quod ad partes Transsilvanas personaliter sumus profecturi, ad nostrum adventum partes in illas duximus prorogandam statu priori permanente. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima post festum Corporis Christi, anno eiusdem M^{-mo} CCC^{-mo} XL^{-mo} quinto.

máj.
1.

Kívül: Pro capitulo ecclesie Strigoniensis contra syculos de Felwynch prorogatoria.

1345.
jún.
1.

²⁾ Vakarással javítva.

³⁾ Félig kikopva.

12.

1350. szept. 5. Visegrád.

Szécsi Miklós országbíró az esztergomi káptalannal szemben, Felvinc dolgában meg nem jelent Aranyas széki székelyeket birságon marasztja.

Eredetije papíron, kerek, záró, töredékes viaszpecséttel, az eszterg. kápt. lt. Lad. 66. I. 11.

A kétféjű sasos pecsét körirata: † S... NICOLAI.

aug.
22.
1350.
szept.
5.

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie domini Lodovici dei gratia regis Hungariae, comitatusque de Turuch tenens honorem. Damus pro memoria, quod magister Petrus, canonicus et notarius ecclesie Strigoniensis pro eodem capitulo Strigoniense cum procuratoriis litteris eiusdem contra Nicolaum filium Jacobi, Johannem filium Iluka, Georgium filium Jacobi et universos syculos trium generum de iuxta Aranyas ab octavis testi Assumptionis virginis gloriose quatuordecim diebus continuis legitime (stetit) in termino coram nobis, qui iuxta continentiam litterarum capituli ecclesie Waradiensis evocatoriarum simul et statutoriarum in facto contradictionis statutionis possessionis Felwynch vocate instrumenta ipsorum exhibituri legitime evocati non venerunt, nec miserunt. Unde ipsos in iudiciis commisimus fore convictos, si se rationabiliter non poterunt excusare. Datum in Wissegrad, quintodecimo dic termini prenotati, anno Domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo.¹⁾

Kívül: Pro capitulo ecclesie Strigoniensis contra Nicolaum filium Jacobi, Johannem filium Iluka, Georgium filium Jacobi et universos syculos trium generum de iuxta Aranyas iudicialis.

¹⁾ quinquaginta az eredetiben.

13.

1359. szept. 17.

Az erdélyi káptalan jelenti Nagy Lajosnak, hogy a Sepsi széki székelyekhez intézett rendeletét, — melyben meghagyta nekik, hogy Hidvéget, Árvapatakát, Zsombort és Gerebencset, melyeket élükön Péter fia Balázssal és testvéreivel elpusztítottak, felégettek és elfoglaltak, a hidvégi nemeseknek adják vissza, nevezett Balázst és testvéreit pedig maga elébe idézte, — Fejéregyházi Pál királyi ember a káptalani tanu jelenlétében a székelyeknek átadta, ezek azonban kijelentették, hogy nemcsak a birtokokat, hanem azokból csak egy hold földet sem adnak semmiképpen vissza, a megnevezetteket sem eresztik ő elébe, sőt személyükben és javaikban mindenki ellen megvédelmezik.

Eredetije papíron, záró viaszpecsét maradványaival, a néhai Török Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeum lt.

Excellentissimo principi domino, domino Lodovico dei gratia regi Hungarie, domino eorum naturali capitulum ecclesie Transsilvane orationes in Domino pro ipsius vita pariter et salute. Vestra sublimitas litteris suis exhibitoriis mediantibus nobis directis, per nosque honore quo decuit receptis dedit in mandatis, ut nos hominem nostrum pro testimonio fidedignum mitteremus, coram quo Paulus Parvus de Feyeryghaz homo vester alias litteras vestras tenoris infrascripti cum predictis litteris vestris nobis exhibendas universis siculis de Sebusy pro Jacobo, Petenye et Donch filiis Mykou, nec non Demetrio et Blasio filiis Nicolai ac Ladislao filio Dominici et Johanne filio Stephani nobilibus de Hyduegh directas exhiberet et quicquid iidem siculi, visis ipsis litteris vestris facerent vel responderent, vestre serenitati fideliter rescriberemus. Tenor vero predictarum aliarum¹⁾ litterarum vestrarum per omnia talis est:

¹⁾ Sorközi betoldás.

Lodovicus dei gratia rex Hungarie. Fidelibus suis universis siculis de Sebusy salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Jacobi, Petenye et Donch filiorum Mykou, nec non Demetri(i) et Blasii filiorum Nicolai ac Ladislai filii Dominici et Johannis filii Stephani nobilium de Hyduegh gravi cum querela,²⁾ quod vos et specialiter Blasius et Franciscus, item Johannes et Jacobus filii Petri possessiones ipsorum Hydwegh predictam ac Sombor, Arpataka et Grebench vocatas propria vestra potentia et auctoritate fecissetis desolari et comburri ac liberos eorum inhumaniter denudari, ipsasque pro vobis occupantes detineretis is ipsorum preiudicium non modicum atque dampnum; et quod plus est, litteras nostras super huiusmodi vestra illicita perpetratione vobis directas vilipendentes non curassetis acceptare. Unde cum nos unumquemque in suis iuribus illesum velimus conservare, fidelitati vestre firmo edicto regio precipiendo mandamus, quatenus statim habita notitia presentium predictas possessiones per vos premissis modo occupatas, desolatas et combustas ipsis nobilibus pacifice remittere et resignare debeatis occasione qualibet proculmota. Vos vero predicti Blasius et Franciscus, nec non Johannes et Jacobus in octavis festi beati Michaelis archangeli proxime venturis contra pretactos nobiles de Hydwegh in nostre maiestatis presentiam compareatis rationem omnium premissorum reddituri, secus facere non audentes in premissis. Datum in Wysegrad, sabbato proximo post festum beati Jacobi apostoli anno Domini M^{mo} CCC^{mo} L^{mo} nono.

okt. 6. 1359. júl. 27.

Nos enim mandatis vestris obtemperare cupientes ut tenemur, cum predicto Paulo de Feyeryghaz homine vestre serenitatis in eisdem litteris vestris exhibitoriis nominatim expresso nostrum hominem videlicet Nicolaum sacerdotem, capellanum discreti viri magistri Ladislai archidiaconi de Tylegd <ac decani>,³⁾ socii et canonici nostri pro testimonio fidedignum ad premissa

²⁾ querela *a jelentésben.*

³⁾ Sorközi betoldás.

peragenda duximus transmittendum, qui quidem homo vestre sublimitatis et noster tandem exinde ad nos reversi per nosque requisiti nobis concorditer retulerunt, quod ipsi predictas litteras vestras, cum ipsis litteris vestris exhibitoriis nobis exhibitas memoratis siculis de Sebusy exhibuissent, iidemque siculi visis eisdem litteris taliter respondissent, quod prefatas possessiones Hydwegh, Sombor, Aruapataka et Gerebench eisdem nobilibus de Hyduegh nullo modo remitterent, nec unum iugerum terre de eisdem vellent resignare, neque predictos Blasium, Franciscum, Johannem et Jacobum in vestre maiestatis presentiam super factis premissis contra predictos nobiles de Hyduegh ire permetterent, sed et eosdem ab omnibus propriis eorum personis et rebus defenderent et expedirent. Datum tertio die octavarum festi Nativitatis virginis gloriose, anno prenotato.

1359.
sept.
17.

Kívül: Domino regi, pro Jacobo filio Myko nobili de Hyduegh ceterisque nobilibus de eadem, intra nominatis super exhibitione quarundam litterarum vestrarum universis siculis de Sebusy facta relatoria.

14.

1360. okt. 13. Torda.

Dénes erdélyi vajda az erdélyi káptalannak meghagyja, hogy Hidvégi Benedeket, a néhai nagyatyja Pál fia Miklós volt brassai bíró idegenek kezére került kőházas brassai telke, malmai, halastavai, szénarétjei és szántóföldjei birodalmába iktassa vissza.

Eredetije papíron, záró viaszpecsét nyomaival, az erd. káptalan lt. Cista capit. 163.

Regestája Történelmi Tár 1889. 763., Beke A., Az erdélyi káptalan levéltára, 1890. 46.

Honorabilibus et discretis viris, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane, amicis suis honorandis Dionysius

woyuoda Transsilvanus et comes de Zonuk amicitiam paratam cum honore. Dicit nobis Benedictus filius Johannis filii Dominici de Hydwegh, quod quidam fundi curie, in quibus domus lapidee essent constructe, item tria molendina, scilicet unum super fluvio Brassou vocato ac duo in fluvio Themes, quodlibet eorum cum uno lapide molari currens, nec non piscine et terre arabiles, ac fenilia quondam Nicolai filii Pauli olim iudicis civitatis Brassou vocate < avi videlicet sui materni > ¹⁾ in eadem civitate Brassou ac intra terminos et limites eiusdem civitatis existentes apud manus alienas haberentur, qui recaptivatione et sibi statutione facienda plurimum indigerent. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus vel Blasius aut Andreas filii Pauli de Felek, seu Ladislaus filius Mykou de Hydwegh an Ladislaus filius Dominici de eadem, vel Johannes de Aar < patak seu > ²⁾ Nicolaus filius³⁾ Sandur de Saard aliis absentibus homo noster ad facies predictorum fundi curie, nec non molendinorum, item piscinarum, fenilium et terrarum arabilium accedendo, vicinis et commetaneis suis universis legitime inibi convocatis et presentibus, recapiat eosdem nomine iuris ipsius Benedicti, recaptivosque ab aliorum iuribus separando statuatur predicto Benedicto filio Johannis eo iure, quo ad ipsum dinoscere(n)tur pertinere perpetuo possidendos, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra eundem ad nostram presentiam ad terminum competentem. Et post hec seriem premissorum cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, ac termino assignato nobis amicaliter rescribatis. Datum in Torda, in quindenis festi beati Michaelis archangeli, anno Domini M^{mo} CCC^{mo} sexagesimo.

1360.
okt.
13.

Kívül: Honorabilibus viris et discretis capitulo ecc-

¹⁾ Sorközi betoldás.

²⁾ Javítás es sorközi betoldás.

³⁾ filii az eredetiben.

lesie Albensis Transsilvane, amicis suis honorandis pro Benedicto filio Johannis filii Dominici de Hydwegh recaptivatoria.

15.

1360. nov. 25. Szentimre.

Dénes erdélyi vajda meghagyja az erdélyi káptalannak, hogy a Peselnek és Kászon patakok közt fekvő földet, fele Bálványos várával együtt ossza el öt egyenlő részre s annak három ötöd részébe a Sándor fiait, továbbá János fia Miklóst és Apor fia Istvánt, két ötöd részébe pedig Peselneki István fia Lászlót iktassa be; Felkun fia Máté vajdai embert pedig, aki Apor fia Istvánnak és János fia Istvánnak kedvezvén, a korábbi birtokba iktatás lefolyásáról a káptalannak nem tett jelentést, a mulasztás igazolása végett Peselneki István fia Lászlóval szemben idézze törvénybe.

Eredetije papíron, töredékes záró viaszpecséttel, az erd. káptalan lt. *Cista capit.* 164.

Regestája *Tört. Tár* 1889. 763., *Beke A.*, Az erd. káptalan levéltára 1890. 46. — V. ö. *Szabó K.*, Székely Okl. III. 13.

Honorabilibus viris et discretis, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane amicis suis honorandis Dionysius woyuoda Transsilvanus et comes de Zonuk < amicitiam paratam cum honore. > ¹⁾ Noveritis, quod cum secundum continentiam priorum litterarum nostrarum, modum et formam iudicarie nostre deliberationis experimentium Ladislaus filius Sandur de Sard vel Blasius aut Andreas filii Pauli de Felek, seu Nicolaus frater eorundem sive Ladislaus filius Dominici de Hydweg, vel Mathe de Felkend aliis absentibus homo noster < vestro testimonio presente > ²⁾ feria sexta proxima post festum Omnium sanctorum tunc proxime venturum ad faciem terre inter rivulos Pysulnuk et Kazun vocatos habite et medietatis

nov.
6.

castri Balwanus vocati, vicinis et commetaneis eorundem legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo,³⁾ easdem cum suis utilitatibus et utilitatum integritatibus in quinque rectas et equales partes dividere, quarum tres partes filiis Sandur, Nicolao filio Johannis et Stephano filio Apour et aliis, quibus de iure congrueret pro portionibus Olee, Balas et Johannis filiorum Apour, duasque partes earundem quinque partium Ladislao filio Stephani de Pysulnuk ratione portionum Palus et Amenus statuere et committere perpetuo possidendas, contradictione eiusdem Stephani filii Apour non obstante, si per alios non fieret contradictum; contradictores vero si qui alii apparerent, ipsos contra eundem Ladislaum ad < nunc instantes >⁴⁾ octavas festi beati Martini confessoris in nostram presentiam rationem contradictionis eorum reddituros citare debuissent,⁵⁾ et post hec totius facti seriem ad easdem octavas nobis amicabiliter rescribere debuissetis; ipsis denique octavis festi beati Martini confessoris occurrentibus, Benedictus dictus Orrus de Hydweg pro Ladislao filio Stephani de Pysulnuk cum procuratoriis litteris vestris ad nostram veniendo presentiam quasdam litteras vestras protestatorias tertio die festi beate Elizabet proxime preteriti confectas nobis presentavit, in quibus vidimus contineri < inter c(et)era>, ⁶⁾ quod Benedictus dictus Orrus de Hydweg in persona Ladislai filii Stephani de Pysulnuk cum procuratoriis litteris vestris vestram personaliter adeundo presentiam, per modum protestationis vobis significare curasset, quod cum predictus Ladislaus filius Stephani iuxta continentiam litterarum nostrarum, formam nostre sententiarie deliberationis exprimentium, accepto Matheo filio Felkun homine nostro, in dictis nostris litteris nominatim inserto, sub testimonio hominis vestri feria sexta proxima post festum Omnium sanctorum ad faciem terre inter fluvios Pysulnuk et Kazun vocatos habite, ac medietatis castri Balwanus legitime accedendo,

nov.
18.

nov.
21.

^{3—6)} Sorközi betoldások.

easdem in quinque partes iuxta continentiam litterarum nostrarum dividere voluissent, Stephanus filius Apour et Stephanus filius Johannis de Zarazpatak ipsos a predicta divisione prohibuissent, ipseque homo noster sub testimonio hominis vestri eosdem Stephanum filium Apour et Stephanum filium Johannis ibidem eodem die et loco contra prefatum Ladislaum filium Stephani ad octavas festi beati Martini confessoris tunc venturas in nostram citassent presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Demumque predictus Mathe homo noster ob favorem predictorum Stephani filii Apour et Stephani filii Johannis, ut dixisset in vestram presentiam ad premissa vobis referenda cum homine vestro venire noluisset, licet predictus Ladislaus eundem Matheum in equo et expensis huc adducere et condecenter remunerare presto fuisset et paratus; et hec omnia premissa homo vester videlicet Ladislaus chori ecclesie vestre clericus per vos ad hec destinatus modo quo supra facta fuisse vobis affirmasset, sed qua de causa predictus homo noster ad referendum premissa ad vos venire noluerit, se dixisset ignorare. Quarum litterarum exhibitionibus factis, predictus Benedictus dictus Orrus eidem Ladislao filio Stephani medelam iustitie super premissis per nos precabatur elargiri. Verum licet predicta possessionaria divisio, ut superius est expressum, contradictione ipsius Stephani filii Apour non obstante < ut est pretactum > ⁷⁾ fieri debuerat, et tamen contradictio ipsius Stephani premissa divisioni obviasset agnoscebatur; ⁸⁾ ipse etiam Mathe, qui in dicta divisione homo noster fuerat, < eo quod > ⁹⁾ ad premissorum relationem faciendam una cum vestro testimonio in vestram presentiam venire non curarat, premissa effectum sortiri non posse videbantur, ex eoque premissa possessionaria divisio modo et forma omnino in pretactis litteris nostris expressa per nostrum hominem sub vestri hominis testimonio modo inferius declarando iterato fieri, ipseque Mathe pro homine nostro in dictis litteris nostris

nov.
18.

^{7—9)} Sorközi betoldások.

insertus propter causas in preactis litteris vestris protestatoriis expressas evocari debere ratio equitatis inducebat,¹⁰⁾ ideo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Mykou de Hydweg vel Johannes de Arapatak, seu Benedictus filius Stephani de Zarazpatak aut Ladislaus filius Sandur de Sard, vel Blasius aut Andreas filii Pauli de Felek seu Nicolaus frater eorundem, sive Ladislaus filius Dominici de predicta Hydwegh aliis absentibus homo noster feria tertia proxima post octavas festi beati Andree apostoli proxime venturas ad faciem predictae terre inter sepe dictos rivulos Pysulnuk et Kazun habite et medietatis castris predicti, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo,¹¹⁾ easdem cum suis utilitatibus et utilitatum integritatibus in quinque partes dividat rectas et equales, quarum tres partes eisdem filiis Sandur, Nicolao filio Johannis et Stephano filio Apour et aliis, quibus de iure congruit pro portionibus predictorum Olee, Balas et Johannis filiorum Apour, duasque partes earundem quinque partium eidem Ladislao filio Stephani ratione portionum dictorum Amenus et Palus statuatur et committat perpetuo possidendas, contradictione eiusdem Stephani filii Apour non obstante, si per alios non fuerit contradictum; contradictores vero si qui alii apparuerint, citet ipsos contra ipsum Ladislaum ad octavas festi Epiphaniarum Domini < proxime venturas >¹²⁾ in nostram presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Premissis itaque suo modo peractis predictum Mathe pro homine nostro in eisdem litteris nostris insertum pro eo, cur ipse ad relationem premissorum vestram in presentiam venire recusavit, similiter contra eundem Ladislaum ad easdem octavas festi Epiphaniarum Domini in nostram evocet presentiam rationem super sua non venientia redditurum. Et post hec totius facti seriem ad easdem octavas

dec.
8.

(1361.)
jan.
13.

^{10—12)} Sorközi betoldások.

nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto Emerico, nono die octavarum festi beati Martini confessoris predictarum, anno Domini M^{-mo} CCC^{-mo} LX^{-mo}.

1360.
nov.
25.

Kívül: Honorabilibus viris et discretis, capitulo ecclesie Albensis Transsilvane amicis suis honorandis pro Ladislao filio Stephani [de]¹³⁾ Pysulnuk contra Stephanum filium Apour super possessionaria divisione et statutione per nostrum et vestrum homines modo intra specificato ¹⁴⁾ feria tertia proxima post octavas festi beati Andree apostoli fienda, (marum series ad octavas festi Epiphaniarum Domini per vos nobis sunt rescribende.

16.

1364. márc. 9. Visegrád.

Nagy Lajos az erdélyi káptalannak meghagyja, hogy Ilba fia János Aranyas széki székelyt feleségével, fiaival és rokonaival a Nagylaki Mihálytól végrendeletileg örökölt, azonban Péter erd. alvajda állal elfoglalni szándékolt nagylaki részbirtokok birodalmába iktassa be.

Eredetije papíron, záró veres gyűrűpecsét maradványaival, Orsz. It. MODL. 30392.

Lodovicus dei gratia rex Hungarie. Fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis Transsilvane salutem et gratiam. Noveritis, quod Johannes filius Ilba syculus de Aranyas fidelis noster ad nostram et domine regine genitricis nostre karissime accedens presentiam exhibuit nobis quasdam duas litteras, unam videlicet privilegiale conventus monasterii beate virginis de Clusmunustura, aliam vero magnifici viri Dionysii woyuode Transsilvani¹⁾ et comitis de Zolnuk nobis rescriptionalem, in quarum unius

¹³⁾ Kiszakadva.

¹⁴⁾ Sorközi betoldás.

¹⁾ Transsilvane *az eredetiben.*

videlicet dicti conventus de Clus privilegialis tenore inter cetera comperimus, quod Michael filius Jacobi de Noglok sano corpore sanaque mente, dum ad partes Hungarie pro quibusdam suis necessitatibus ire voluisset, in presentia commetaneorum dicte possessionis Noglok et etiam secundario in sua infirmitate, licet eger corpore, compos tamen sue mentis, testamentaliter coram probis viris nobilibus et dominabus de portione sua possessionaria Noglok vocata taliter disposuisset et legasset, prout Georgius sacerdos, rector ecclesie de Noglok predicta in presentia plurimorum nobilium virorum et dominarum, ponendo manum suam super aram beate virginis in predicta ecclesia constructa, fratri Johanni sacerdoti de conventu dicti monasterii de Clus homini eiusdem conventus ad hoc misso confessus extitisset, quod septem partes in predicta possessione sua portionaria Noglok vocata prelibato Johanni filio Ilba, nobili domine Margareta vocate filie Andree germani Kyliani ac etiam filiis ipsius Johannis et heredibus, item octavam partem in eadem possessione Noglok vocata nobilibus dominabus²⁾ filie Petri filii Andree germani Kyliani ac Elizabeth filie Andree similiter germani Kyliani ratione proximitatis³⁾ et consanguinitatis dedisset, legasset et contulisset cuilibet ipsorum cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, salvis iuribus aliorum in eadem remanentibus, cum omni plenitudine iurium et dominio in filios filiorum ipsorum in perpetuum et irrevocabiliter tenendas, servandas et possidendas. In alterius vero littere dicti Dionysii voyvode rescriptionalis serie habetur, quod cum dictus Dionysius voyvoda Transsilvanus et comes de Zolnuk in congregatione sua generali universis nobilibus, siculis et saxonibus ac aliis cuiusvis status, conditionis et preheminentie hominibus partis Transsilvane Torde celebrata, ex nostro iussu litteratorio iudices nobilium, iuratosque assessores et universos nobiles partis Transsilvane ipsi congregationi

²⁾ A név kimaradt.

³⁾ proximitatis az eredetiben.

sue adherentes, iuxta mandatum nostrum requisivisset, ipsi iudices nobilium, iuratique assessores et universi nobiles septem comitatum dicte partis Transsilvane ad fidem et fidelitatem eorum deo et sacre corone nostre regie debitam pro dicenda veritate et iustitia conservanda, tacto vivifice crucis ligno prestitam taliter affirmassent, quod prenominata possessio Noglok vocata condam Kyliani fratris Andree, patris predictarum dominarum emptitia fuisset et ad memoriam ipsorum ac scitum medietatem eiusdem possessionis Noglok ecclesie vestre et aliam medietatem ipsius predicto Andree fratri suo legasset et commisisset. Quibusquidem litteris exhibitis idem Johannes filius Ilba dicit nobis et eidem domine regine genitrici nostre karissime conquerendo, quod Petrus vicevoyođa Transsilvanus ipsum, item dominas prelibatas et filios suos infestaret ratione possessionariorum portionum in Noglok habitarum predictarum, modo premissis ipsis donatarum et occupasset ac easdem occupare niteretur minus iuste. Unde cum quilibet nobilium regni nostri secundum legem ab antiquo approbatam possessiones suas emptionis titulo ad eos devolutas cuiuscunque voluerint tam in vita, quam in morte liberam conferendi, dandi et legandi habeant facultatem, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Jacobus de Pald, vel Stephanus dictus Fudur de Chezteu aut Petrus litteratus frater eiusdem aliis absentibus homo noster ad facies prefatarum possessionariorum portionum in dicta possessione Noglok habitarum universis vicinis et commetaneis earundem legitime convocatis et presentibus accedendo, statuatur easdem predicto Johanni filio Ilba ac dominabus predictis et filiis eiusdem premissis titulo legationis perpetuo possidendas, si per quospiam non fuerit contradictum; contradictoribus vero si qui fuerint contra eosdem Johannem, dominas et filios suos in nostram presentiam ad terminum competentem legitime evocatis. Et post hec facti seriem, ut fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum in Vyssegrad,

1364
márc.
9.

1364.
márc.
9.

sabbato proximo ante dominicam Judica, anno Domini
M^{mo} CCC^{mo} LX^{mo} quarto.

*A részben lehullt pecsét alatt: Specialis commissio
domine regine.*

*Kívül: Fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis Trans-
silvane pro Johanne filio Ilba syculo de Aranyas et
domina consorte ac filiis eiusdem statutoria.*

17.

1366. május. 24.

*Az erdélyi káptalan jelenti Nagy Lajosnak, hogy pa-
rancsára Miklós fia Demetert a testvérével és Bencenc
többi unokáival együtt a Sepszi széki székelyek által elfog-
lalt, azonban a tordai generális gyűlésen nekik vissza-
adott árapataki és hidvégi földek birodalmába, a régi
határjelek megújításával ellenmondás nélkül vissza-
iktatták.*

*Eredetije papíron, az erdélyi káptalan töredékes záró pecsétje
mellett Nagy Lajosnak ugyancsak töredékes titkos gyűrűpecsétjével,
Török Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeum lt.*

*

*Jegyzet. — Nagy Lajos szóban forgó titkos gyűrűpecsétjének cí-
merképe: jobbra dült csücskös talpú hasított pajzs jobb mezejében
nyolc pólya, a balban öt stilizált liliom. A pajzs balsarkára helyezett
sisak dísz: az Anjouk patkót tartó strucmadara. E szerint a letöre-
dezett szélű és köriratú pecsét a királynak leírásokból és rajzokból
(Pray, Syntagma tab. IV. fig. 4., Századok 1869. 1927., Turul 1888. 91.,
1893. 178., 1902. 115. stb.) régóta ismert S. SECR. LODOVICI. REG.
köriratú gyűrűpecsétjével azonos. Ennek teljesen ép és Nagy Lajosnak
1369. ápr. 11-én kelt levelére függesztett példánya az Orsz. lt. MODL.
5728. jelzésű oklevelén látható.*

*Az oklevelek újra lepecsételésének ezen módjából kitűnik, hogy
a királyi kancellária a királyi titkos, illetve királynéi gyűrűpecséttel
nemcsak a király és királyné rendeleteit, kiváltság- és adományleveleit*

erősítette meg (*Turul* 1902. 114.), hanem ezt használta az egyházi és világi hatóságoktól a királyhoz vagy királynéhoz intézett jelentéseknek újból való lezárására is. Hogy az utóbbi esetre is példát említsek: — a budai káptalannak 1368. szept. 3-án Erzsébet özvegy királynéhoz szóló jelentését (*MODL.* 5670.) a királynénak ugyancsak ismert (*Turul* 1902. 184.) gyűrűpecsétjével pecsételte le.

*

Excellentissimo principi domino Lodovico dei gratia illustri regi Hungarie, domino eorum naturali capitulum ecclesie Transsilvane orationum suffragia devotarum cum perpetua fidelitate. Litteras vestre celsitudinis honore quo decuit recepimus in hec verba:

Lodovicus dei gratia rex Hungarie. Fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis Transsilvane salutem et gratiam. Cum nos in presenti nostra congregatione Torde celebrata generali una cum baronibus nostris nobiscum existentibus, cognita et scita rei veritate, terras et metas possessionum fidelium nostrorum Jacobi et Demetrii, filiorum Nicolai ac ceterorum nepotum condam Benchench Arapataka et Hidwig vocatarum, per sículos nostros de sede Sebus olim violenter occupatas, veras et antiquas eisdem Jacobo et Demetrio ac aliis nepotibus condam Benchench restitueremus et resignaverimus, ac ad easdem possessiones Arapataka et Hydwig reapplicaverimus, sicut pristinis temporibus pertinuerunt, ad ipsas¹⁾ perpetue possidendas, ipsis sículis nostris in hac parte silentium perpetuum imponentes, vestre fidelitati precipimus, quatenus vestr[u]m²⁾ mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de, Sile vel Stephanus de Deeg, aut Michael de Bord aliis absentibus homo noster ad facies predictarum terrarum et metarum possessionum Arapataka et Hydwig vocatarum, quas metas et terras sículi predicti olim occuparant et occupatas tenuerunt usque modo accedendo, ipsas metas et terras simul cum omnibus suis utilitatibus intra se existentibus, abolitis aliis metis falsis < fortasse per ipsos

^{1—3)} Kizsakadva.

siculos erectis >, ³⁾ statuat prefatis Jacobo, Demetrio et eorum consanguineis premisse nostre restitutionis et reapplic[atio]nis⁴⁾ legitime titulo perhempniter ad prenotatas possessiones Arapataka et Hiduig, sicut ad eas dinoscuntur pertinuisse, per dictos Jacobum, Demetrium et suos consanguineos, eorum heredes possidendas, utendas et tenendas contradictione siculorum predictorum non obstante. Et post hec seriem ipsius statutionis cum cursibus iamdictarum metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in eadem Torda, sabbato proximo ante festum Ascensionis Domini, anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} LX^{mo} sexto.

66.
máj.
9.

18.

1382. jan. 19. Torda.

Losonczi László erdélyi vajda előtt Hidvégi János fia Becse, László fia István és másik János fia János, ez utóbbi János megnevezett atyjának megöletésében bűnrészes Hidvégi Benedek fia Miklóssal a következő feltételek alatt megbékélnek: váltságául Jánosnak ötven márkát fizet s ennek fejében hidvégi birtokrészét mindaddig leköti, amíg azt a saját és nem mások pénzén visszavásárolhatja; nem lakhatik, sem lováról le nem szállhat Hidvégen; ha pert indítana, vagy büntársával Petenye fia Mihállyal czimborálna, halállal bűnhődjék; szállásukra nem mehet, ellenben az ő szállásán való megjelenésük esetén köteles körükből eltávozni.

Eredetije hártján, hátán viaszpecsét maradványaival, Török Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeumban.

Nos Ladislaus woyvoda Transsilvanus et comes de Zonuk. Memorie commendamus, quod cum nobis una cum senioribus ac proceribus regni pro quoddam collo-

³⁾ Sorközi betoldás

⁴⁾ Kiszakadva.

quio seu negotio regni expediendo die dominico proximo post festum beati Anthonii confessoris Torde existentibus Beche filius Johannis et Stephanus filius Ladislai de Hydueg, nec non Johannes filius Jacobi de Chekmaul¹⁾ in persona Johannis filii Johannis filii Ladislai de dicta Hydueg in nostram²⁾ et dictorum seniorum et nobilium veniendo presentiam, Nicolaum filium Benedicti de Jamdicta Hydueg coram nobis repertum captivari faciendo huiusmodi verborum querulis significare curaverunt, quod prefatus Nicolaus eundem Johannem filium Ladislai, fratrem ipsorum et cognatum una cum Michaele filio Pethenye in domo cuiusdam iobagionis sui in prefata possessione Hydueg repertum ex preconcepta rancoris malitia, habito inter se iuramento, miserabili nece interemissent omni sua sine culpa. Ideo ipsi eundem Nicolaum non principalem interfectorem seu homicidam iamdicti Johannis, sed participem comprobare vellent, et hoc ibidem exhibitione duarum litterarum inquisitionalium capituli ecclesie Albensis et nostrarum evidenter comprobabant, petentes nos in premissis eidem puero iustitie equitatem elargiri. Cum nos una cum eisdem senioribus et proceribus regni partibus in premissis iudicium et iustitiam facere voluissemus, mox eisdem partibus se in eadem causa ad pacis reformationem postulantes nobisque admittentibus, demum eadem partes ad nostram et dictorum seniorum et nobilium redeuntes presentiam pari voluntate consonaque voce per compositionem et ordinationem plurimorum proborum et nobilium virorum taliter se concordasse retulerunt et concordarunt coram nobis, quod prefatus Nicolaus filius Benedicti pro sua emenda et expeditione eidem Johanni filio Johannis quinquaginta marcas denariorum, marcam quamlibet per centum grossos computando, dare assumpsisset et assumpsit coram nobis, tali modo, quod quia dictam sumpmam pecunie adpresens persolvere non posset, ideo

jan.
19.

¹⁾ Chekmanl (?)

²⁾ *adeundo innen alapontozással törölve.*

ipse pro eadem sumpma pecunie portionem suam possessionariam in dicta possessione Hydueg vocata habitam eidem Johanni tamdiu, donec cum suis propriis denariis, sed non aliorum redimere posset, obligasset imo obligavit nostri in presentia, tali tamen conditione mediante, quod idem Nicolaus, donec sibi vita comes existeret,³⁾ nunquam residentiam in eadem villa Hidueg facere possit, neque de suo equo descendere valeat in eadem; hoc non pretermisso, quod si idem Nicolaus prima ratione aliquam litem vel questionis materiam suscitaret, vel cum eodem Michaele consortium faceret et hoc idem Johannes filius Johannis ac sui fratres et cognati evidenti documento aliquali comprobare possent, tunc adversus ipsum Johannem filium Johannis in capitali sententia convinceretur ipso facto, et insuper ubicunque dicti Johannes filius Johannis, Beche, Stephanus et alter Johannes hospitium haberent vel descensum, nequaquam in eorum medio accedere deberet, sed si idem Johannes et alii predicti vei alter eorum in hospitium dicti Nicolai casu contingenti accederent, extunc dictus Nicolaus de eorum medio recedere teneretur. Ad quod se idem Nicolaus sponte⁴⁾ obligavit coram nobis. Datum die et loco prenotatis, anno Domini Millesimo trecentesimo octogesimo secundo.

1382.
jan.
19.

19.

1390. jan. 13. Gyulafehérvár.

Péter erdélyi püspök idéző levele a szentkirályi és nyárádtői plébánosokhoz, hogy Teremi Mihály fia Lászlót özvegy Meggyesfalvi Péter fia Lászlóné ellen idézzék ő elébe.

Eredetije papíron, keresztalakú vörös viasz zárópecsét nyomaival, a Magyar Nemzeti Múzeumban, Gróf Bethlen lt.

³⁾ existerent az eredetiben.

⁴⁾ se innen törölve.

Petrus dei gratia episcopus Transsilvanus. Devotioni vestre in virtute sancte obedientie firmiter precipiendo mandamus, quatenus mox visis presentibus Ladislaum filium Michaelis de Teremy contra dominam relictam Ladislai filii Petri de Medyesfalwa ad nostram citetis presentiam in Albam ad octavas medii Quadragesime proxime nunc venturas. Et post hec seriem ipsius citationis nobis rescribatis. Datum Albe, in octavis Epiphaniarum Domini, anno eiusdem M^{mo} CCC^{mo} nonagesimo, sub sigillo nostro pro audientia earum deputato.

márc.
16.

1390.
jan.
13.

Kívül: Discretis viris de Zenkyral et de Nyartthew ecclesiarum rectoribus pro domina relicta Ladislai filii Petri de Medyesfalwa contra Ladislaum filium Michaelis de Teremy citatoria.

20.

1403. dec. 9. Buda.

Zsigmond király a Losonczi János magvaszakadtával uratlan maradt Küküllő vármegyei Szentmártont a hozzátartozó Királyfalva. Csüdőtelke magyar, továbbá Péterlaka és Szilkut oláh falukkal, a Nápolyi László szította lázadás idején is mellette hűségesen kitartott Kizdi Sándornak és fiainak adományozza.

A XVI. századi *másolat* az Erd. Múzeumban, Báró Kemény lt. lajstromozatlan.

Nos Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc., marchioque Brandenburgensis etc, sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod fideles nostri Sandor siculus de Kyzd ac Simon et Nicolaus filii eiusdem de eadem ad nostram venientes presentiam, propo-

sitis ipsorum fidelitatibus et fidelium obsequiorum gratuitis meritis ac sinceris complacentiis, per ipsos culmini nostro sub diversitate locorum et temporum cum omni fidelitatis ferventia et sollicitudine indefessa exhibitis et impensis, signanter quod his disturbiorum temporibus, quibus nonnulli prelati, magnati, nobiles et proceres regni nostri ingrati et immemores beneficiorum a nostra celsitudine largiflue peremptorum, rebellionis calcaneo ducti, imo spiritu protervie seducti a sinu nostre clementie se avertere attemptantes, inito fraudulentio consilio, quomodo nedum dominum iustum spernentes refutarent, imo deterius dominum naturalem eliminarent, sicque tractantes et hincinde ruminantes, quod alium in regem eligentes introducerent, vota eorum devia in crimen nostre lese maiestatis in personam Ladislai filii quondam Karuli de Duratio direxerunt, cuius tandem banderium erigentes per diversa loca regni nostri in eisdem et regnicolarum devastationem et incommoda detulerunt; et quod nephandius est, in locis capitulorum et ecclesiarum cum reliquiarum processionibus idolatri perfidia venerari disposuerunt, prefato Ladislao plurimas civitates, possessiones et loca, et signanter in Dalmatia et Croatia subiugari facientes, que adhuc in manibus nostrorum emulorum retinentur, alios etiam adeo grandes et multiplices excessus et enormitates committere presumpserunt, quod eosdem longum et difficile nimis foret declarare; prefatus autem Sandor siculus, ac Simon et Nicolaus filii eiusdem mentem ipsorum ad viam dirigentes rectitudinis, imitando tramitem iustitie agilitate strenua et mente constanti, non parcentes persone neque rebus, una cum ceteris nostris fidelibus sub vexillo nostre maiestatis prenotatis nostris emulis et rebellibus, maxime protunc in partibus nostris Transsilvanis pululantibus, tam viriliter, tamque fideliter se opponere studuerunt, ut in numero iustorum, quibus rex regum adversus hostes largum triumphum sunt inventi. His itaque peractis et commissis prefatus Sandor siculus ac Simon et Nicolaus filii ipsius a maiestate nostra quandam possessionem

Zenth Marthon vocatam, in comitatu de Kykellew partium nostrarum Transsilvanarum existentem, simul cum villis Kyralfalwa, Chywdethelke hungaricalibus, nec non Zylkwth et Petherlaka wolahalibus vocatis, in comitatu eodem existentibus, ad predictam Zenth Marthon spectantibus et pertinentibus, que quondam Johannis filii Ladislai de Lossoncz waywode, hominis absque heredum solatio ab hac luce defuncti preuissent, tanquam per defectum seminis eiusdem de iure et consuetudine regni nostri ad manus nostras regias devolutas et derivatas ipsis dare humiliter postularunt. Nos itaque premissa animadvertentes et propensius considerantes, memoratam possessionem Zenth Marthon vocatam simul cum predictis villis Kyralfalwa, Chywdethelke, Zylkwth et Petherlaka vocatis, modo quo supra ad manus nostras regias devolutas et redactas, simul cum universis earundem utilitatibus et pertinentiis, quovis nominis vocabulo vocatis, sub earum veris metis et antiquis, quibus per prefatum quondam Johannem rite tente fuissent et possesse, prelatorum, baronumque nostrorum sano exinde prehabito consilio, memoratis Sandor siculo, ac Simoni et Nicolao filiis ipsius, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, de manibus nostris regiis nove nostre donationis titulo, ac omni eo iure, quo eodem ratione previa nostre incumbunt¹⁾ collationi dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, salvo iure fidelium nostrorum remanente, presentium nostrarum litterarum patrocinio mediante, quas in formiam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate; tali conditione interiecta, quod quancumque nos aut nostri successores, reges scilicet Hungarie temporum in processu predictas villas a prefato Sandor siculo, ac Simone et Nicolao aut eorum superstitibus auferre voluerimus et maluerint, extunc ipsi easdem villas nobis aut dictis nostris succes-

¹⁾ incumbit a *másolatban*.

1403.
dec.
9.

soribus, habitis prius pro eisdem a nobis aut pretactis nostris successoribus aliis possessionibus seu villis, sine difficultate remittere teneantur et resignare. Volumus insuper, ut prefatus Sandor, ac Simon et Nicolaus aut eorum heredes de universarum sessionum ac iobagionum villis in eisdem habitorum numero nostram celsitudinem ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro diademati observandam teneantur certius informare. Datum Bude, secundo die festi Conceptionis beate Marie virginis gloriose, anno Domini Millesimo quadringentesimo tertio.

21.

1407. febr. 15. Buda.

Fotosi Benedek fiai Péter és Mátyás testvéruket Fábiánt, aki a nekik adományozott barcasági Bodola falu megtartásában minden tőle telhető módon segítségükre volt, Zsigmond király előtt a nevezett falun velük egyenlően osztozó testvéruiknek vallják s annak harmadrészét neki és utódainak ajándékozzák.

Eredetije hártján, lila-piros selyemszalagon függő töredékpecsétel, a Magyar Nemzeti Múzeum törzslt.

Nos Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc., marchioque Brandenburgensis etc., sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator. Memorie commendamus per presentes, quod Petro et Mathia filiis Benedicti de Fothos coram nobis personaliter constitutis per eosdem propositum extitit pariter et relatum oraculo vive vocis eo modo, quod quia Fabianus, filius eiusdem Benedicti, frater ipsorum uterinus de dicta Fothos, locis et temporibus opportunis in executione et reoptentione possessionis Bodola vocate in districtu de Barcsza existentis, nunc erga manus ipsorum ex regali nostra collatione rite habite ipsi, videlicet Petro

et Mathie cum suis propriis humanitate et laboribus ac expensis sufficientia opportuna am(m)inucula et necessaria condigna opitulamina incessanter et finaliter attribuere et mero posse impendere curavisset, ideo memorati Mathias et Petrus matura deliberatione et sano consilio inter eos exinde prehabitis prefatum Fabianum fratrem ipsorum et suos heredes in merum dominium et plenam possessionem portionum ipsorum possessionariarum in dicta possessione Bodola existentium, eosdem rite, ut prefertur, concernentium, tamquam unum ex ipsis pro pretaxatis suis beneficiis et iuvaminibus eisdem in hac parte, ut prefertur, impensis fraternaliter ag(g)regantes et effective assumptentes et dictas eorum possessionarias portiones cum eodem Fabiano fratre ipsorum ex sano consilio unacum participantes, meram et veram tertiam partem earundem portionum possessionariarum ipsorum in dicta Bodola habitarum, cum omnibus earundem utilitatibus et pertinentiis universis annotato Fabiano ipsiusque heredibus et cunctis successoribus perhempniter dedissent, donassent et contulissent, ymmo dederunt et donaverunt coram nobis per ipsos perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam pleno iure presentium patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem Fabiano et heredibus suis concessimus sigilli nostri mediocris autentici appensionis munimine roboratas. Datum Bude, feria tertia proxima post diem Cinerum,

1407.
febr.
15.

22.

1412. szept. 8.

A kolosmonostori convent jelenti, hogy a horvátországi váraknak a lázadók ellen való megvédésében és visszaszerzésében, majd Zsigmondnak a Szepességen Ulászló lengyel királlyal való találkozása idején szerzett

érdemei jutalmául Erdélyi Antalnak és unokaöccsének Péternek adományozott Sáromberke, Gernyeszeg, Nebáncs és Ebes tordamegyei birtokok Nagyernye felőli régi határait egyfelől a megnevezett adományosok, másfelől Szentgyörgyi László fiai és a nagyernyei székelyek, — a Szentkirályi Semjén fia István Maros széki hadnagy s Marosszék névszerint felsorolt vénei jelenlétében, Stibor erdélyi vajda, Nádasdi Salamon fia Mihály székely ispán, Nadabi László alvajda és detrehi Peres György macsói vicebán közbenjárására, — a három nembeli székelység beleegyezésével békés úton rendezték.

Átirata V. Lászlónak Erdélyi Miklós és István részére Budán 1456. ápr. 22-én, lila-zöld sodrott selyemzsinóron lógó, ép, titkos pecsét alatt kiadott oklevélben a gr. Teleki-család marosvásárhelyi lt., Gr. Teleki Sámuel kancellár iratai.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmonostora. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum scrie volumus pervenire, quod nos receptis litteris excellentissimi principis et domini domini Sigismundi dei gratia Romanorum ac Hungarie etc. regis, semper augusti, domini nostri gratiosi et naturalis, hunc tenorem continentibus:¹⁾

Nos Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex. Memorie commendamus per presentes, quod quia nos fideles nostros dilectos Anthonium de Erdei et condam Johannem, filios Nicolai de Somkerek in dominio possessionum Harynna, Vylak et Neech vocatarum, in comitatu de Doboka existentium, per nos eis heredibusque ipsorum pro fidelitatibus et fidelissimis servitiis iamdicti Anthonii, per ipsum nobis et sacre corone in plerisque nostris et regni nostri validis agendis, presertim in fideli conservatione et tuitione ac nobis restitutione quorundam castrorum nostrorum in regno nostro Croatie habitorum, ubi omnia alia castra

¹⁾ continentes az *átíró oklevélben*.

nostra, preterquam apud manus ipsius Anthonii protunc existentia, his proxime preteritis disturbiorum temporibus eiusdem regni nostri Croatie per nonnullos nostros emulos, tunc ibidem contra sacrum nostrum dyadema pullulantes occupata fuerant et a manibus nostris alienata, laudabiliter et ad posteriorum memoriam indelibilem exhibitis et impensis, mediantibus aliis nostris litteris efficacissimis superinde confectis perpetuo datarum et collatarum, priusquam apud manus nostras regias, possessionibus Gernyezegh, Sarumberg, Nebanch populosis, nec non Ebes vocatis habitatoribus destituta a fidelissimis nostris condam Frank de Zechen wayvoda et Simone filiis olim Konye bani per viam concambii habitarum, prout tenebamur nequivimus conservare, ob hoc eisdem possessionibus Harinna, Wylak et Neech iamfatis condam Frank wayvode et Simoni fratri eiusdem restitutis et resignatis, preallegatas possessiones Gernyezegh, Sarumberg, Nebanch et Ebes vocatas, in comitatu Thordensi situatas simul cum universis ipsarum utilitatibus et pertinentiis, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub earum veris metis et antiquis limitibus, quibus ab olim rite tente fuere et possesse, prelibatis Anthonio et per eum Petro filio dicti condam Johannis fratris eiusdem, heredibusque et posteritatibus ipsorum similiter iure perhenni possidendas duximus conferendas, assumentes nostro, nostrorumque successorum regum utputa Hungarie nominibus et presentibus pollicemur dictos Anthonium et Petrum, heredesque et successores ipsorum in pacifico et quieto dominio ipsarum possessionum Gernyezegh, Sarumberg, Nebanch et Ebes vocatarum contra quoslibet impeditores, causidicos et actores semper futuris successivis temporibus conservare, protegere et ubique expedire propriis nostris et dictorum nostrorum successorum laboribus et expensis. Cum tamen, uti per eundem Anthonium superinde sumus informati, nonnulli sint commetanei et vicini earundem possessionum Gernyezegh, Sarumberg, Nebanch et Ebes circumiacentes, qui interdum et signanter pridem, dum ipse Anthonius servitiis nostris regalibus in terra nostra

Scepusiensi nobis tunc et serenissimo principe domino Wladislao rege Polonie, fratre nostro carissimo ibidem pariter constitutis fuisset occupatus, certis veris et antiquis metis prescriptarum possessionum Gernyezegh, Sarumberk, Nebanch et Ebes anichilatis et abolitis, non modicas particulas terrarum, silvarum, pratorum, fenilium et aliarum utilitatum intra iamdictas metas et cursus metales adiacentes pro se ipsis potentialiter occupassent in preiudicium iurium an(n)otatorum Anthonii et Petri, ymmo verius nostrum dampnumque et detrimentum valdemagnum. Unde nos preallegatos Anthonium et Petrum, heredesque et successores ipsorum iuxta premisam nostram pollicitationem in pacifico et quieto dominio supradictarum possessionum Gernyezegh, Sarumberg, Nebanch et libes vocatarum indempniter, ut premisimus, volentes contra quoscumque conservari, huiusmodique nostra pollicita debitum sortiri effectum, vobis fidelibus nostris, magnificis viris Stiborio wayvode Transsilvano et Michaeli filio Salomonis de Nadasd, comiti siculorum nostrorum vel vicewayvode ac vicecomiti eorundem firmiter precipiendo mandamus, quatinus mox agnitis presentium continentiis, assumpto vobiscum testimonio conventus ecclesie Transsilvanensis, quod per ipsum conventum ad id serie presentium transmitti iubemus, propriis vestris in personis ad facies prescriptarum possessionum Gernyezegh, Sarumberg, Nebanch et Ebes, vicinis et commetaneis earum inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, easdem per ipsarum veras metas et antiquas undique reambulantes ac novas iuxta veteres in locis predictarum metarum anichilatarum ac abolitarum et alias ubi necesse fuerit erectis, ipsas scilicet possessiones ab aliorum iuribus possessionariis sic metaliter separatas et distinctas predictis Anthonio et Petro, eorumque heredibus et successoribus, contradictione quorumlibet non obstante relinquentes, eosdem contra quoslibet impetitores, causidicos et actores in dominio earundem in persona et auctoritate nostre maiestatis vobis in hac parte attributa mediante protegere, conservare et indempniter

manutenere debeatis. Et hoc idem iniungimus futuris wayvodis et comitibus, nec non vicewayvodis et vicecomitibus earundem partium nostrarum Transsilvanarum firmiter et irrefragabiliter observari similibus regiis sub preceptis. Secus facere non ausuri, nec presumatis modo aliquali. Seriem siquidem huiusmodi possessionarie reambulationis, metarumque erectionis et renovationis cum cursibus metarum inibi erigendarum ac renovandarum in litteris memorati conventus nostre maiestati fideliter rescribi demandamus. Presentibus perlectis exhibenti semper restituti. Datum Bude, in vigilia festi Nativitatis beati Johannis baptiste, anno Domini Millesimo quadringentesimo duodecimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo quinto, Romanorum vero secundo.

1412.
jún.
23.

Nos igitur mandatis dicti domini nostri regis obedire cupientes ut tenemur religiosum virum dominum fratrem Egidium presbyterum, socium nostrum conventualem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui demum exinde ad nos reversus nobis retulit isto modo, quod cum feria quinta proxima ante festum beati Dominici confessoris nunc preteritum viri magnifici domini Stiborius wayvoda Transsilvanus et comes de Zolnok ac Michael filius Salomonis comes sicularum personaliter, iuxta premissum regium litteratorium edictum metas possessionum Sarumberg, Nebanch, Ebes et Gernyezegh magistri Anthonii dicti Erdei reambulare et novas iuxta veteres, presentibus vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et specialiter adherentibus personaliter magistris Nicolao Bolgar, Stephano filio Semyen de Zenthkyral maiori exercitus sedis Sicularum de Marus, Jacobo et Valentino filiis Ladislai de Zenthgywrgh, Blasio filio Valentini filii Erdew de Andrasfalwa, Jacobo filio Alardi et altero Jacobo filio Emerici filii dicti Alardi de Megyesfalwa, Nicolao filio Ladislai filii Erdew de Gywlakwtha, Benedicto dicto Bychak de Chykfalwa, Stephano filio Valentini de Zenthtrinitas, Andrea et Thoma de Ernye ac aliis quampluribus senioribus terre Morus predictae et specialiter universis et singulis populis

aug.
4.

et sicut de dicta Ernye, inter iamdictas possessiones Sarumberg, Nebanch, Gernyezegh et Ebes ab una, parte vero ex altera terram sicutorum de Ernye predictam erigere et premissa mandata annotati domini nostri regis debito cum effectu perficere voluissent, tunc nonnulli probi et nobiles viri pacem partium zelatores et specialiter annotati domini Stiborius wayvoda et Michael comes sicutorum, nec non magister Ladislaus de Nadab vicewayvoda Transsilvanus et Georgius Peres de Thetreh vicebanus Machoviensis cum eisdem nobilibus viris per veram (amicitiam)¹⁾ et modum fraterne dilectionis, ut ipsa dilectio fraternalis inter iamdictum Anthonium de Erdeel ac Petrum filium condam Johannis predictum fratrem eiusdem ab una, parte siquidem ab altera Jacobum et Valentinum filios Ladislai de Zenthgywrgh, nec non populos et sicutos de dicta Ernye ac omnes alios trium generum sicutos et eorundem heredes perpetua pacis pulchritudine observetur,²⁾ metarum infrascriptarum limitationes, erectiones et sequestrationes de consensu partium et omnium trium generum sicutorum et specialiter dictorum seniorum et sicutorum ac populorum de dicta Ernye ordine infrascripto fecissent, ordinassent et debito effectui mancipassent, quod prima meta a parte orientis in cacumine cuiusdam montis silvas habentis, a quibusdam duabus metis, quarum una possessionem Ernye et altera possessionem Sarumberg separat, procedendo versus occidentem ad quendam vallem parvum pratium habentem duas metas cumulassent, quarum una < dictam possessionem Ernye et alia possessionem >³⁾ Sarumberg separaret; deinde semper ad eandem plagam occidentalem tendendo in planicie cuiusdam terre arabilis similiter duas metas, et ulterius egreditur ad parvum monticulum terre arabilis et in eodem vulgo Berch dicto similiter duas metas, deinde proceditur infra planiciem terre similiter

¹⁾ Töllban maradt.

²⁾ observentur *az átiratban*.

³⁾ diete possessioni Ernye et alia possessioni *sz átiratban*.

arabilis duas metas, et deinde transitur ad quoddam satis magnum pratum duas metas, ulterius itur ad terras arabiles duas metas, et abhinc versus fluvium Morus proceditur prope quoddam stagnum vulgo Er vocatum duas metas erexissent; deinde ad insulam Hermanzygethe vocatam, quamquidem insulam totaliter, dempta medietate dicti stagni vulgo Er dicti, dicto Anthonio et suis fratribus ad dictam possessionem Sarumberg reliquissent, medietatem autem dicti stagni ad eandem possessionem Nebanch Jacobo et Valentino filiis Ladislai predictis de dicta Zenthgywrgyh per modum compositionis commisissent, et abhinc ad fluvium Morus in opposito cuiusdem portus ad eundem fluvium iacentis, cuius fluvii medietas ad possessionem Sarpathak et alia medietas possessioni Sarumberg pertinet, ubi mete dictarum possessionum Sarumberg, Ernye et Nebanch terminarentur. Quia autem dicti seniores dicte terre Morus simul cum dictis sicutis et populis de dicta Ernye in ipsorum et omnium trium generum siculorum nominibus iamdictum Anthonium cum suis fratribus in possessione Ebes predicta pacifice reliquerent, in nulloque contra ipsum et fratres eiusdem obiciendum semper eandem possessionem Ebes ad possessionem Sarumberg pertinere asseruissent et fassi fuissent, ideo metas eiusdem statu in eodem, in quo ab antiquo exstitit, reliquerent iure perpetuo et irrevocabiliter per dictum Anthonium et fratres eiusdem ac successores eiusdem possidendas, tenendas pariter et habendas. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentes et autentici sigilli nostri munimine roboratas ac per alphabetum trium intercisas litterarum eidem Anthonio et fratribus, successoribusque eiusdem duximus concedendas. Datum in festo Nativitatis virginis Marie, anno Domini Millesimo quadringentesimo duodecimo supra-dicto.

1412.
szept.
8.

23.

1424. jul. 10. Buda.

Zsigmond király Szentgyörgyi Forró László székelynek, a Csáki Miklós erd. vajda familiarisának, a Havas-elföldére betörni készülő törökök ellen, a király parancsára a Dán havaselföldi vajda segítségére küldött erdélyi hadak élén viselt kapitányságában, majd Hátszeg vára közelében ugyancsak a törökökkel vívott csatában Csáki Miklós oldalán szerzett érdemei jutalmául, a Kerek-egyházi Laczk fiainak magvaszakadtával urafogyott fejérvármegyei Hápportont neki s általa fiainak, nemkülönben tordai főesperes és erd. kanonok testvérének Balázsnak, s unokatestvéreinek az Angyalost Péter és angyalosi Forró János fiainak adományozza.

A XVII. századi egyszerű másolat az Erd. Múzeum-Egyesület lt., Br. Kemény lt., Codex authenticorum Kemenyanorum I. 8.

Regestája Tört. Tár 1907. 92.

Nos Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos recensitis et in nostris regalibus precordiis digne revolutis fidelitatibus et uberrimis laudedignis obsequiis, multifariisque fidelibus servitiis ac sinceris et virtuosis complacentiis fidelis nostri dilecti Ladislai dicti Forro siculi de Zenthgjevrg partium nostrarum Transsilvanarum, familiaris scilicet magnifici Nicolai de Chiaak earundem partium nostrarum Transsilvanarum vayvodae grati nobis et fidelis sincere dilecti, per ipsum nobis et sacrae nostrae coronae Hungariae sincero cum affectu in plerisque nostris et regni nostri arduis tam exercitibus quam etiam aliis expeditionibus et summopere incumbentibus negotiis, prosperis scilicet et adversis, agilitate strenua et indefessa sollicitudine, non sine expensarum suarum pluralitate locis et temporibus opportunis, praesertim vero dum nuperrime

praefatus Nicolaus de Chaak non modicam gentium suarum exercituum quantitatem ad partes nostras Transalpinas, contra saevissimorum turcorum protunc easdem partes subintrare machinantium insultus in subsidium fidelis nostri magnifici Daan, vayvodae ipsarum partium Transalpinarum ex nostrae maiestatis mandato destinasset, annotato Ladislao dicto Forro eotunc capitaneo seu ductore huiusmodi gentium ipsius Nicolai de Chaak existente, in conflictu per eundem Daan vayvodam, tandemque similiter in alio conflictu per praefatum Nicolaum de Chaak et incolas prescriptarum partium nostrarum Transsilvanarum prope castrum Haczak cum dictis saevissimis turcis facto et inito non modicas laesiones et vulnera lethalia sufferendo, cum nonnullorum suorum carorum fratrum et familiarium caede seu morte pro nostri honoris, regnorumque nostrorum exaltatione laudabiliter exhibitis et impensis. Pro quibusquidem suis virtuosis gestis et sinceris famulatibus licet idem Ladislaus multo maioribus a nostra maiestate donis foret praemiandus, in aliqualem tamen suorum laudabilium servitiorum praemissorum recompensam volentes eidem nostro regio occurrere cum favore, ut idem Ladislaus nostram maiestatem sibi sentiat favorabiliter fore acclinatam, quandam possessionem valachalem Haporthon nominatam, in comitatu Albensi dictarum partium nostrarum Transsilvanarum habitam et existentem, quae condam filiorum Laczk de Kerekeghaz ab hac luce absque haeredum sexus masculini solatio migratorum praefuisset, ex eoque de regni nostri consuetudine ad manus nostras regias devolutam et redactam, simul cum universis et singulis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pascuis, pratis, fenilibus, silvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ad eandem possessionem Haporthon de iure spectantibus et pertinere debentibus, sub eisdem veris metis et antiquis limitibus, quibus cadem ab olim usque modo rite tenta fuisset et possessa, ex certa nostrae

maiestatis scientia, praelatorum etiam et baronum nostrorum ad id accedente consilio praematurato, annotato Ladislao Forro dicto, et per eum Michaeli, Benedicto. Andreae et Johanni filiis, nec non honorabili domino Blasio archidiacono de Thorda et canonico in ecclesia Transsilvanensi carnali, ac Simoni et Blasio filiis Petri de Angialos, Nicolao et Anthonio filiis Johannis similiter Forro dictis de eadem Angialos patruelibus fratribus suis, ipsorumque Ladislai et filiorum ac Simonis et Blasii, Nicolai et Anthonii fratrum eiusdem haeredibus et posteritatibus ac successoribus universis novae nostrae donationis titulo et omni eo iure, quo eadem nostrae quomodolibet incumbit collationi, de manibus nostris regiis dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum Budae, feria secunda proxima ante festum beatae Margarethae virginis et martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XXXVIII^{vo}, Romanorum XIII^{mo} et Bohemiae quarto.

1424.
júl.
10.

A másolatban olvasható följegyzés szerint az eredeti oklevél aljára nyomott pecsét alatt: Commissio propria domini regis.

24.

1427. márc. 7. Brassó.

Zsigmond király megparancsolja kusalyi Jakcs János és Mihály székely ispánoknak, hogy a Szentgyörgyi Barnabás örökös székely tisztségét hatalmasul bitorló Szentpéteri Lászlót magok eleibe idéztetvén, Szentgyörgyi Barnabásnak törvényes bizonyítékai és székely tisztsége szerint szolgáltsanak igazságot.

Átirat: Magyi Pal alországbíró és erd. alvajdának 1502. jan. 24-én kell ítéletében, amelyet Geréb Péter nádor ugyanezen év márc. 2-án ismét *átirt*, a gróf Teleki-család marosvásárhelyi lt., *Tancsi Földvály-iratok* LX. 21., ill. LXXVIII. 3/b.

Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex. Fidelibus nostris magnificis Johanni et Michaeli Jakch de Kwsal comitibus siculorum nostrorum vel eorum vices in iudicatu gerentibus, nec non iudicibus et senioribus ad sedem Maros spectantibus salutem et gratiam. Querela pro parte fidelis nostri Barnabe filii Jacobi filii Ladislai siculi de Zenthgywrgh¹⁾ nobis allata detegente maiestati nostre patefecit, quomodo Ladislaus similiter siculus de Zenthpeter circa festum beati Michaelis archangeli proxime preteritum, ipso scilicet Barnaba tunc in partibus dicti regni nostri Hungarie servitiis domini sui occupato, quendam honorem seu officiolatum suum hereditarium, ipsum iuxta morem siculorum omnis iuris titulo concernentem cum cunctis suis utilitatibus et proventibus pro se ipso occupasset, occupatoque fructus et proventus eiusdem percepisset et perciperet de presenti, per hoc sibi quinquaginta marcarum dampna inferendo potentia mediante in sui iuris preiudicium valdegrande; et licet ipse eundem Ladislaum mediante lege consuetudinaria ipsius sedis publice prohibendo am(m)onuisset, ut aut ab utensione et detentione dicti sui honoris seu officiolatus desisteret, aut ad nostram veniendo maiestatem, rationem de premissis coram nostra personali maiestate²⁾ reddere deberet efficacem, tamen prefatus Ladislaus huiusmodi am(m)onitionem dicti exponentis minime advertens ab usu et detentione, fructuumque et proventuum perceptione predicti honoris seu officiolatus non cessaret. Et quia nos prefatum Barnabam suis iustis iuribus indebite frustrari nolumus, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus agnita presentium notitia

szept.
29.

¹⁾ Zenth Georgh a Geréb-féle átiratban.

²⁾ rationem itt feleslegesen.

1427. márc. 7.
prefatum Ladislaum vestri in presentiam ad certum terminum sedis vestre accersiri faciendo, ex parte eiusdem prefato Barnabe iuxta suas legitimas comprobationes et honorem siculorum super premissis meri iuris et iustitie, ac omnimode et indilate satisfactionis complementum adeo impendere et exhibere debeatis, ut de cetero superinde nullatenus videamur infestari. Aliud facere non ausuri in premissis. Presentes etiam perlectas reddi iubemus presentanti. Datum Brassovie, tertio die diei Cinerum, anno Domini Millesimo CCCC-mo XXVII-mo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXX-mo, Romanorum XVII-mo et Bohemie septimo.

25.

1427. szept. 28. Barcsa.

Zsigmond király felségi jogait Árapatakán Árapataki Antalnak és rokonainak adományozván, megparancsolja az erdélyi káptalannak, hogy nevezettek azok birtokába iktassa be.

Másolata az árapataki Geréb János gyermekei között a XVIII. sz. 60-as éveiben az erd. kir. táblán folyt perben bemutatott erd. káptalani átiratról, Orsz. lt., Kőszegi Á. ítélőmester iratai XXIII. 59. fol. 401.

Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex. Fidelibus nostris capitulo ecclesiae Transsilvanae salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium servitiorum contestatis meritis fidelis nostri Anthonii filii Stephani filii Michaelis de Arapathak totum et omne ius nostrum regium, si quod in praedicta possessione Arapathak, in comitatu Albensi partium nostrarum Transsilvanarum, inter districtum Barcensem et siculos nostros, cis fluvium Olth situata et habita haberemus et nostram quomodocunque et qualitercunque concerneret maiestatem, simul cum universis suis utilitatibus et perti-

nentiis quibuslibet eidem Anthonio filio Stephani filii Michaelis ac per eum Andreae filio, ac Georgio carnali, nec non Nicolao et Ladislao fratruelibus fratribus eiusdem, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis serie aliarum litterarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum duxeramus conferendum, volumusque eosdem per nostrum et vestrum homines in dominium eiusdem legitime facere introduci. Super quo fidelitatibus vestris firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Simon vel Blasius dicti Forro de Bwlen sive Michael filius Ladislai dicti similiter (Forro)¹⁾ de Zentywan, sive Stephanus dictus Konch seu Georgius Thurewk de Peselnek, nec non Jacobus de Karathna aut Teel filius Nicolai de Nyen aliis absentibus homo noster ad facies praefatae possessionis Arapathak vocatae et consequenter dicti iuris nostri regii, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo introducat praefatos Andream, Anthonium, Georgium, Nicolaum et Ladislaum²⁾ in dominium earundem,³⁾ statuatque idem eisdem praemissae nostrae donationis titulo perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra iamfatos Anthonium et alios supradictos vayvodalem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post haec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato eidem vayvodae more solito rescribatis. Datum in Barcha ex opposito eiusdem arcis Nandor Albensis, die dominico proximo post festum beatorum Cosmae et Damiani martyrum, anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, regnorum nostrorum Hungariae etc. XL-mo, Romanorum decimo octavo, Bohemiae (vero) octavo.

1427.
szept.
28.

¹⁾ A másolatból kimaradt.

²⁾ Üres hely a másolatban.

³⁾ eiusdem *volna helyesebben*.

26.

1427. nov. 30.

Az erdélyi káptalan kiküldött tanuja előtt özvegy Pataki Jánosné Katalin asszony a férje javaiból őt megillető hitbérrre és jegyruhára nézve Árapataki Antalnak menedéket vall.

A XVIII. század 60-as éveiben készült erd. kir. táblai másolat, Orsz. lt., *Kőszegi A.* itélőmester iratai, XXIII. 59. fol. 444.

nov. 11. Nos capitulum ecclesiae Transsilvaniae. Memoriae commendamus, quod (cum)¹⁾ nos ad instantem petitionem Anthonii filii Stephani de Arapathaka discretum virum dominum Valentinum vocatum, altaristam sanctae Crucis in dicta ecclesia Transsilvanensi ad audiendam fassionem nobilis dominae Katherina vocatae, relictæ condam Johannis Pathaky de Arapathak, propter viarum discrimina et fragilitatem sexus coram nobis venire nequeuntis pro nostro testimonio duxissemus destinandum, idem tandem exinde ad nos reversus nobis retulit eo modo. quod ipse in die festi beati Martini confessoris nunc proxime praeteriti ad praedictam possessionem Arapathaka, < curiam eiusdem nobilis dominae Katherina vocatae, relictæ >²⁾ Johannis Pathaky accessisset, ipsaque coram eodem domino Valentino taliter confessa extitisset, quod quia praedictus Anthonius filius Stephani de dote et rebus paraphernalibus suis ex parte praedicti Anthonii ratione iurium seu portionum possessionariarum ipsius condam Johannis Pathaky domini et mariti sui sibi provenire debentium iuxta consuetudinem regni sibi plenam et integram impendisset satisfactionem, ob hoc ipsa eundem Anthonium filium Stephani super praemissis suis dote et rebus paraphernalibus commisisset expeditum. In cuius rei testimonium praesentes litteras nostras

¹⁾ Kimaradt.

²⁾ circa eandem nobilem dominam Katherina vocatam relictam kétségtelenül hibás olvasat helyett, az eredeti oklevél kérdéses helyének valószínű szövege.

eidem Anthonio duximus concedendas. Datum in festo beati Andreae apostoli, anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

1427.
nov.
30.

27.

1427. dec. 8.

Az erdélyi káptalan előtt egyfelől Árapataki Antal, másfelől Hidvégi Antal és rokonai Árapatakán és Hidvégen megosztóznak, — Hidvég egészen és Árapatak egy-egyede ezeknek, Árapataka három negyede pedig Árapataki Antalnak jutván, — azzal a kikötéssel, hogy az egyességet meg nem álló, vagy azt perrel megtámadó fél a megálló félnek száz ezüst márkát, a bírónak ugyanannyit köteles fizetni.

Másolata Kendi Antal erd. alvajda 1478. júl. 10-én kelt s ugyancsak másolatban ismert átiratában, Orsz. lt., *Kőszegi A.* kir. tábl. ítélőmester iratai XXIII. 59. fol. 445.

Capitulum ecclesiae Transsilvaniae. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesens scriptum inspecturis salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Anthonius filius Stephani de Arapathaka ab una, parte vero ab altera Anthonius filius Egidii et alter Anthonius filius Myko ac Valentinus filius Georgii de Hydweeg coram nobis personaliter constituti, unanimi dicto et pari voluntate confessi exstiterunt in hunc modum, quod quamquam¹⁾ nuper inter eos in curia serenissimi principis domini Sigismundi dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungariae, Bohemiaeque regis, domini nostri metuendi et naturalis, ipso tunc disponente Domino in oppido Fewldwar constituto, praetexta praedictae possessionis Arapathaka praenominatae ac aliorum iurium possessionariorum eorundem litis materia mota et inchoata,

¹⁾ quamquidem a *másolatban*.

ac hincinde diutius ventilata existeret et idem dominus noster rex iuxta formam litterarum suarum adiudicatoriarum protunc in hac parte emanatarum iudicando commisisset, quod predicti uterque Anthonius nec non Valentinus filius Georgii octavo die festi sancti Andreae apostoli tunc consequentis venturo super eo, quod
dec. 7. praedicta possessio Arapathaka simul cum aliis eorundem utrorumque Anthonii et Valentini filii Georgii iuribus possessionariis iure haereditario, iuxta propositam et allegatam consanguineitatis lineam, in dictis litteris adiudicatoriis ipsius domini nostri regis serietim contentam ad ipsos condescenderint et devoluta exstiterint, quinquagesimo se nobilibus secundum formam in ipsis litteris regiis adiudicatoriis superinde traditam coram nobis iuramentum praestare debuerint ac praedicti uterque Anthonius et Valentinus ad deponendum predictum¹⁾ ipsorum iuramentum cum corum coniuratoribus praesto fuerint et parati, imo iidem uterque Anthonius et Valentinus, et aliqui ex ipsorum coniuratoribus nominatim praescriptum eorum iuramentum super praemissis deposuerint, ipseque Anthonius filius Stephani iuramenta illorum coniuratorum, qui nondum deposuissent, relaxavit; nihilominus tamen nonnullorum potiorum regni nobilium partim ...²⁾ zelo, partim gratulandi conservatione, compositioneque ac ordinatione intervenientibus super praemissis, ne longiorum itinerum ac graviorum laborum et expensarum dispendiis amplius fatigarentur, ad talem pacis et concordiae devenissent unionem et devenerunt coram nobis perpetuo et irrevocabiliter duraturam, quod praedicti uterque Anthonius et Valentinus cum eorum successoribus universis in totali possessione Hydweeg prenominata, tam illarum partium, quas iidem uterque Anthonius et Valentinus hactenus possedissent et possiderent de praesenti, quam illarum, quas idem Anthonius filius Stephani in ea titulo emptionis possedisset, et ultra hoc in quarta parte

²⁾ praedictorum a *másolatban*.

³⁾ Üres hely a *másolatban*.

praedictae possessionis Arapathaka ac utilitatibus et pertinentiis eiusdem quartae partis ad eandem sufficientibus iure perpetuo et irrevocabiliter debeant permanere, usibusque ac proventibus earundem pacifice gaudere; annotatus vero Anthonius filius Stephani ac eius haeredes, haeredumque suorum successores in dominio trium partium dictae possessionis Arapathaka similiter in quibuslibet pertinentiis ac utilitatibus universis perpetuo et irrevocabiliter pleno iure perfruatur et maneat, ac persistat; tali obligamine mediante, quod si qua partium ipsarum temporis in processu praemissam ordinationem quovis colore quaesito infringeret aut superinde litem moveret, extunc talis pars contra partem alteram in centum marcis argenti puri terrestres ponderis, iudici vero in centum marcis argenti eiusdem ponderis convincatur eo facto. Ad quod partes praedictae se sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum testimonio et vigore litterarum mediante. Datum secundo die praedicti octavi diei festi beati Andreae apostoli, anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, honorabilibus et discretis viris dominis Demetrio praeposito, Georgio cantore, Michaele custode et Nicolao decano ceterisque canonicis dictae ecclesiae nostrae salubriter existentibus et devote.

1427.
dec.

28.

1428. jan. 18. Posesin.

Zsigmond király Árapataki Antal panaszára, — mely szerint Hidvégi Mikó fia Antal, Egyed fia Antal és György fia Bálint Árapataka ügyében az ítélet értelmében ötvened magukkal leteendő esküt nem tették le, a székelly ispánok beleegyezésével pedig az említett birtokba való beiktatásának is ellenmondottak, ő azonban az Árapataki János özvegyét, a néhai férje árapataki birtokából őt megillető jegyruhája és hozományja tekintetében kielégítette, — megparancsolja kusali Jakcs János és Mihály székelly

ispánoknak s Panaszi Beke és Vasvári György tisztjeiknek, akik árapataki és hidvégi jobbágyait zsarolták, hogy Árapataki Antal jogos panasza esetén őt árapataki és hidvégi birtokaiban ezentúl háborgatni ne merjék.

Eredetije igen sok helyen egérrágta papíron, alján a királynak papírral fedett sasos pecsétjével, birtokomban.

Commissio propria domini regis.

dec.
7.

Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex. Fidelibus nostris dilectis, magnificis viris Johanni et Michaeli Jach de Kwsal comitibus siculorum nostrorum aut alteri ipsorum, seu Beke de Panaz et Georgio de Waswar officialibus eorum ac cuilibet ipsorum insolide, quibus vel cui ipsorum presentes ostenduntur, salutem et gratiam. Exponente nobis fidele nostro Anthonio filio Stephani de Arwapathaka nostre intonuit maiestati, quod licet Anthonius filius Myko et alter Anthonius filius Egidii, nec non Valentinus filius Georgii de Hydweg quinquagesimo se nobilibus super facto prefate possessionis Arwapathaka octavo die festi beati Andree apostoli proxime preteriti, iuxta contenta quarundam litterarum nostrarum adjudicatoriarum superinde confectarum coram capitulo ecclesie Transsilvane contra eundem Anthonium filium Stephani sacramentum prestare debuerint, tamen ipso termino occurrente ii[dem etiam (!) ute]rque¹⁾ Anthonius et Valentinus, iuxta contenta predictarum litterarum nostrarum super facto premissis contra memoratum Anthonium filium Stephani iurare non valerent eo²⁾ iure, quod se in dicta possession[e Arwapa]thak[a,³⁾ sicut (!) ost]endis-sent,⁴⁾ frustati exstitissent, contradictorie inhibitioni etiam, quam in facto stationis memorate possessionis Arwapathaka pro ipso Anthonio facte alias fecissent ac⁵⁾

¹⁾ 15 mm. egérrágás.

²⁾ eorum az *eredetiben hibásan*.

^{3—4)} 20—20 mm. egérrágás.

⁵⁾ Egy szó 10 mm. kirágva.

[huius]odi⁶⁾ statutioni possessionarie, iuxta contenta quarundam litterarum dicti capituli consensum prebuisent; ipse etiam Anthonius filius Stephani nobili domine, relicte condam Johanni[s de dict]a⁷⁾ Ar[wapat]haka⁸⁾ super dote et rebus suis parafernalibus, sibi de iuribus possessionariis predicti condam Johannis domini et mariti sui, que idem in dicta possessione Arwathaka [hab]uisset, ritu regni nostri requirente, provenire debentibus similiter iuxta continentiam quarundam aliarum litterarum memorati capituli plenam impenderit satisfactionem, eo tamen non obstante, adhuc manus vestras de dicta possessione Arwathaka minime excipiendo super iobagiones suos in dicta possessione Arwathaka et portione sua possessionaria in possessione Hydweg vocata habita commorantes diversas taxas pecuniarias et alias exactiones extorqueretis, et alias ipsos multipliciter ac minus iuste et indebite impediretis, et quod quasdam litteras nostras regales, quas super eo, ut populi et iobagiones sui in dicta possessione Arwathaka commorantes more solito sibi fenum falcare et alia, ad que tenerentur, facere deberent, vobis direxissemus, non obstante, quod eas post earum lecturam exhibitori earundem reddi mandassemus, erga vos retinissetis potentia mediante, in sui iuris preiudicium et dampnum, ymmo verius huiusmodi nostrorum mandatorum contemptum satis grande. Super quo supplicavit prefatus Anthonius sibi per nostram maiestatem opportune provideri. Verum quia prefati uterque Anthonius et Valentinus premissa eorum iuramenta minime prestare potuisse asseruntur, ex continentiisque predictarum litterarum memorati capituli per ipsum Anthonium coram nostra maiestate in specie productarum memoratos utrumque Anthonium et Valentinum premissa contradictioni cedendo memorate statutioni possessionarie consensum prebuisse, ipsum etiam Anthonium filium Stephani prefate nobili domine, relicte dicti condam Johannis super

⁶⁾ Két szó 20 mm. hasonlóképpen.

^{7—8)} Egérrágtá szavak.

dictis dote et rebus suis parafernalis modo simili, secundum contenta quarundam aliarum litterarum eiusdem capituli superinde confectarum, nostri in presentia exhibitarum satisfacisse vidimus manifeste: igitur nolentes amplius ipsum Anthonium filium Stephani in suis iuribus indebite et sine causa vexari seu impediri, fidelitati vestre et cuilibet⁹⁾ vestrum insolide firmiter precipiendo mandamus, quatenus si et in quantum memoratus Anthonius filius Myko et alter Anthonius filius Egidii, nec non Valentinus filius Georgii, iuxta contenta predictarum litterarum nostrarum adiudicatoriarum super facto memorate possessionis Arwapathaka nuncupate, modo et forma in predictis litteris nostris adiudicatoriis contentis, contra ipsum Anthonium filium Stephani, uti debuissent, non iuraverunt, extunc visis presentibus, altero vestrum alio non expectato, preallegatum Anthonium filium Stephani in suo iure, eum in dicta possessione Arwapathaka et portione possessionaria in dicta possessione Hydweg habita concernente de cetero minus iuste et indebite nullatenus impedire presumatis, sed de huiusmodi suo iure manus vestras et vestrorum penitus excipiendo et removendo ipsum dicto suo [iure (!) pacifice (!) et (!) quiete (!) uti]¹⁰⁾ permittatis, predictas etiam alias litteras nostras per vos ut prefertur retentas eidem exponenti reddere debeatis. Secus facere non ausuri in premissis. Presentes etiam perlectas re[ddi iubemus]¹¹⁾ presentanti. Datum in Posesyn, in festo beate Prisce virginis et martyris, anno Domini M-mo CCCC-mo XX-mo VIII-vo, regnorum nostrorum anno Hungariae etc. quadragesimo primo, Romanorum decimo octavo et Bohemie octavo.

1428.
jan.
18.

A nagy részében lehullt pecsét alatt: Commissio propria domini regis.

⁹⁾ cuiuslibet az eredetiben.

¹⁰⁾ 60 mm. egérrágás.

¹¹⁾ 28 mm. hasonlóképpen.

29.

1428. aug. 5.

A kolosmonostori convent előtt az aradi káptalan tiltakozik az ellen, hogy Zsigmond király a káptalan Háporton nevű birtokát Fejérmegyében a székely eredetű Forró Balázs erdélyi kanonoknak, Forró Lászlónak és Simonnak adományozza.

Eredetije papíron, hátán viaszpecsét nyomaival a gyulafehérvári kápt. lt. *Cista capit.* 2. 41.

Regestája *Tört. Tár* 1890. 138., és *Beke A.*, Az erdélyi káptalan levéltára 1890. 63.

Egykorú *följegyzés kívül az oklevél alján: Orodiensis.*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmonostra. Memorie commendamus, quod magistri Johannes decanus et Augustinus canonici ecclesie Orodiensis in eorum ac venerabilium dominorum Georgii prepositi et capituli eiusdem ecclesie personis nostram venientes in presentiam, serenissimum principem dominum Sigismundum dei gratia Romanorum regem semper augustum, ac Hungarie, Bohemie etc. regem a donatione, collatione, venditione, impignoratione possessionis eorundem prepositi et capituli Haporton vocate in comitatu Albensi existentem cuipiam hominum et specialiter honorabili domino Blasio siculo, canonico ecclesie Albensis, ac Ladislao et Simoni dictis Forrow, item eosdem ab impetratione, emptione, pro pignori receptione, in facieque eius ecclesiam in honorem¹⁾ sancti Nicolai edificatione, fructus et quaslibet [utilitates]²⁾ eiusdem perceptione et percipifactione, seque in dominium eiusdem intromissione, in eademque perpetuatione factis vel fiendis, alios etiam quoslibet prohibuerunt et contradixerunt coram nobis harum testimonio litterarum nostrarum mediante. Datum in festo Marie de Nive, anno Domini M-mo quadringentesimo vigesimo octavo.

1428.
aug.
5.

¹⁾ honore *az eredetiben.*

²⁾ Sorközi betoldás.

30.

1430. máj. 8. Sempte.

Zsigmond király megparancsolja az erdélyi székelyeknek, hogy Erdélyi Antal fiait, Gergelyt, Miklóst és Istvánt Sáromberke birodalmában többé ne háborgassák.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Gr. Teleki S. kanc. iratai.

Commissio domini regis Johanne Jakch
comite siculorum referente.

Sigismundus dei gratia. Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex. Fidelibus nostris universis et singulis siculis partium nostrarum Transsilvanarum salutem et gratiam. Exponit maiestati nostre fidelis noster Gregorius filius condam Anthonii dicti Erdely de Somkerec aule nostre familiaris sua ac Nicolai et Stephani fratrum suorum carnalium in personis gravissima sub querela, quod quamquam nos pro fidelitatibus et meritoriis fidelium obsequiorum meritis pretacti condam Anthonii patris eorum alias per eundem claritati nostre diversimode impensis et exhibitis quandam possessionem Saromberk vocatam, in comitatu Thordensi prefatarum partium nostrarum Transsilvanarum existentem mediantibus certis litteris nostris donationalibus exinde confectis memorato condam Anthonio patri ipsorum et consequenter eisdem exponentibus in perpetuum duxissemus conferendam, ipsum quoque condam Anthonium et dictos exponentes filios eiusdem Anthonii in dominio iamfate possessionis Saromberk et pertinentiarum suarum contra quosvis causantes et impetitores conservare assumpserimus et defensare, metas quoque tandem prescripte possessionis Saromberk olim Stiborius wayvoda memoratarum partium nostrarum Transsilvanarum iuxta legem et consuetudinem partium earundem, Transsilvanarum presentibus omnibus potioribus ex vobis, nullis tamen eotunc contradicentibus

erexerit et renovaverit; tamen nunc huiusmodi metas annotate possessionis Saromberk, per prenominatum condam Stiborium wayvodam modo antelato erectas abolire et non paucas terrarum particulas, quas prescripte mete possessionis Saromberk includerent, vobis occupative usurpare niteremini et velletis indebite et minusiuste, potentiaque vestra propria mediante in preiudicium ac dampnum, iurisque iacturam dictorum exponentium, ymmo verius nostre maiestatis displicentiam satis grandem. Verum quia nos sepefatos exponentes, prout iuxta premissis nostre donationis et pollicitationis formam et seriem tenemur, in dominio pretitulate possessionis Saromberk, pertinentiarumque et metarum eiusdem predictarum, per prelibatum condam Stiborium wayvodam modo premissis erectarum contra vos et alios quoslibet illegitimos impetitores conservare volumus et defensare, ideo fidelitati vestre firmo nostro regio sub edicto precipimus et mandamus, quatinus, habita presentium notitia, memoratas metas annotate possessionis Saromberk per preallegatum condam Stiborium wayvodam iuridice, ut prefertur, erectas aliquatenus abolire, ipsosque exponentes in prescriptis metis, nec non possessione Saromberk et pertinentiarum eiusdem nusquam et nequaquam impedire, molestare aut quovismodo dampnificare presumatis, nec sitis ausi modo aliquali, quin potius ipsos eisdem possessione et metis quiete, pacifice et absque omni impedimento uti atque frui sinatis et permittatis, alioquin presentium serie firmiter committimus fidelibus nostris magnificis¹⁾ Johanni et Michaeli Jakch comitibus vestris, ut ipsi sepefatos exponentes contra vos et vestrum quemlibet ac alios quoscumque illegitimos impetitores in pleno et pacifico dominio prefatarum possessionis Saromberk ac metarum et pertinentiarum eiusdem conservent, tueanturque et manteneant nostre maiestatis in persona et auctoritate nostra in hac parte per nos ipsis attributa mediante. Secus ergo in premissis facere non ausuri.

¹⁾ Michaeli *innen alápontozással kitörölve*.

1430.
máj.
8.

Presentes perlectas reddi iub[e]mus presentanti. Datum in Sempthe, in festo Apparitionis sancti Michaelis archangeli, anno Domini Millesimo CCCC-mo XXX-mo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XLIII-to, Romanorum XX-mo et Bohemie decimo.

A pecsét alatt: Commissio domini regis Johanne Jakch comite sicularum referente.

31.

1431. jun. 7. Höltövény.

Jakcs Mihály székely ispán bizonyítja, hogy illyefalvi Kis Gergely és az odavaló székelyek némely peres kaszálókra nézve Kálnoki Demeter székbíró előtt egyeséget kötöttek.

*Eredeti*je hártján, aljára nyomott papírral fedett ép pecséttel, Török Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeum-Egyesület lt.

A cimer: leveles koronából kinövő három lóherelevél. *Sisakdísz:* nem határozható meg. *Körirata:* S · MICHAELIS · COM · SICVLOR.

Nos Michael Jakch sicularum comes. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod accedentes nostri in presentiam Demetrius filius Emerici de Kalnok ac Gregorius Parvus de Illiefalwa nobisque idem Gregorius exstitit confessus, quomodo ipse cum siculis in Illiefalwa predicta existentibus quoddam litigium ratione quorundam¹⁾ fenetorum habuisset, tamen iuxta dispositiones proborum hominum taliter concordassent in alterutrum, ut coram iudice terrestri utputa Demetrio filio Emerici de Kalnok predicta dimidiam partem ipsorum fenetorum ad utendum sibipsi tradidissent, alteram autem partem ipsi siculi²⁾ pro se ipsis retinuissent; qui quidem Demetrius filius Emerici simili modo coram nobis protestavit, presentium litte-

¹⁾ cuiusdam *az eredetiben.*

²⁾ siculis *az eredetiben.*

rarum nostrarum et testimonio mediante. Datum in Hewlthwen, feria quinta, octavo scilicet die festi sacratissimi Corporis Christi anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

32.

1436. ápr. 25. Szeged.

Zsigmond király megparancsolja Lépes György erdélyi püspöknek, lévai Cseh Péter és Csáki László vajdának s kusali Jakcs Mihály székely ispánnak, hogy a sáromberki határjelek elpusztításával s bizonyos szántóföldek elfoglalásával somkereki Erdélyi Miklósnak kártevő marosszéki székelyek részéről nevezett Erdélyi Miklósnak szolgáltatassanak igazságot.

Eredetije papíron, aljára nyomott s papírral fedett eléggé ép pecséttel a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Gr. Teleki S. kancellár iratai.

Relatio Stephani de Rozgon
comitis Themensiensis.

Sigismundus dei gratia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex. Fidelibus nostris reverendo in Christo patri domino Georgio Lepes episcopo ecclesie Transsilvanensis, ac magnificis Petro Cheh de Lewa, nec non Ladislao de Chaak partium nostrarum Transsilvanarum wayvodis, et Michaeli Jakch de Kwsal siculorum nostrorum comiti salutem et gratiam. Nostre celsitudinis veniens in conspectum fidelis noster egregius Nicolaus filius condam Anthonii Erdely de Somkereky nobis exposuit querulose, quomodo universi siculi sedis Maros circa festum beati Jacobi apostoli, cuius iam quinta instaret revolutio annualis, quosdam metas terreas possessionis sue Saromberk vocate

(1432.)
júl.
25.

abolivissent¹⁾ et dispersissent²⁾ ac quasdam terrarum arabilium particulas, intra veras metas dicte possessionis Sarromberk existentes,³⁾ a manibus ipsius exponentis tempore in predicto minusiuste et indebite occupassent, occupatisque uterentur etiam de presenti potentia mediante in eiusdem exponentis preiudicium, iuriumque suorum derogamen valdegrande. Supplicavit itaque nostro culmini prefatus Nicolaus, ut sibi superinde de remedio providere dignaremur opportuno. Et quia nos huiusmodi actus potentianos et possessionum occupationes per quempiam regnicolarum nostrorum committi, commissosque simpliciter pertransire nolumus, ideo fidelitati vestre firmissimo nostro sub edicto precipimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatinus receptis presentibus, partibus utrisque vestri in presentiam vocatis et accersitis, ex parte prefatorum sicularum sedis de Maros ipsi exponenti super premissis iuxta suas probationes et legitima documenta meri iuris et iustitie ac debite satisfactionis complementum nostre maiestatis in persona et auctoritate harum serie vobis specialiter attributa, iustitiaque mediante impendere et exhibere debeatis, taliter et adeo, ut idem exponens pro defectu iustitie nostre superinde non cogatur querulari maiestati. Secus non facturi in premissis gratie nostre sub obtentu. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Zegedini, feria quarta proxima post festum beati Georgii martyris, anno Domini M-mo CCCC-mo XXX-mo sexto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quinquagesimo, Romanorum XXVI-to, Bohemie XVI-to, imperii vero tertio.

1436.
ápr.
25.

A pecsét alatt: Relatio Stephani de Rozgon comitis Themesiensis.

¹⁾ A hatodik sor végén az oklevél írójának pótlása.

²⁾ Vakarással javítva.

³⁾ abolivissent *innen kitörölve*.

33.

(1441.) júl. 29.*

A kolosmonostori convent előtt Felvinczi Domokos fia Balázs és több társa Aranyas székről ügyvédeket vallanak.

Eredeti fogalmazványa keresztülhúzva, Orsz. lt. MODL. 36390. (Kolosm. Prot. minus AB. fol. 37.)

Quod Blasius filius Dominici de Felwynch, Dionysius filius Johannis Bathyz dicti de Balyon, Johannes de Chegez ac Andreas de Warfalwa sese mutuo, item Petrum filium Dionysii de Zenthmyhalfalwa, Valentinum Balogh de Bagon, Georgium similiter Balogh de eadem, Matheum de Kewend, Mathiam, de Fewldwar, Michaellem Parvum de Alsozenthmyhalfalwa fecerunt etc. procuratores.

34.

(1441.) júl. 29.

A kolosmonostori convent előtt Felvinczi Domokos fia Balázs és társai Szentmihályfalvi Dénes fia Péternek ígérik a csegezi pusztatelek harmadrészét, ha a bitorló veresmarti Szeles Pétertől visszaperli.

Eredeti fogalmazványa keresztülhúzva, Orsz. lt. MODL. 36390. (Kolosm. Prot. minus AB. fol. 37.)

* *Jegyzet.* — A kolosmonostori conventnek a XV. század 40-es éveitől kezdve a mohácsi vészig terjedő időből *tizenhét* darab *eredeti jegyzőkönyve* maradt korunkra. A nagybecsű, azonban a csaknem félezredéves múlt viszontagságaitól rendkívül megviselt jegyzőkönyvekből kiszedegetett, *keltezetlen* vagy *csonkán keltezett* bejegyzéseknek a korát az azokat megelőző, illetve követő legközelebbi datált bejegyzések keltének alapján hozzávetőleg állapítottam meg. Ez a körülmény szolgáljon mentességül arra az esetre, ha az idők folyamán esetleg napvilágra kerülő egyik-másik eredeti oklevélnek kelte eltérne a kérdéses bejegyzés megállapítottam dátumától.

Quod predicti quatuor primi¹⁾ fassi sunt in hunc modum, quomodo quedam sessio ipsorum deserta in possessione Chegez²⁾ in terra siculorum existens per Petrum Zeles dictum de Weresmorth potentialiter tene retur, eandemque ad rehabendam ob expensarum ipsorum defectum iuxta regni consuetudinem secum litem inire non possent; ideo ipsi Petro filio Dionysii de Zenthmyhalfalwa suisque heredibus ad rehabendam et reinquirendam pro se commisissent, tali modo, ut si per procuraciones ipsorum legitimas rehabere possent, tertiam partem eiusdem sessionis utilitatemque eiusdem eidem dare assumisissent, immo assumserunt coram nobis. Datum sabbato proximo post festum beate Anne matris Marie.

(1441.)
júl.
29.

35.

(1441.) nov. 9.

A kolosmonostori convent előtt özvegy Kabos Máténé felsőszentmihályfalvi lakos a polyáni határon levő kasszálója felét huszonöt arany forintért felsőszentmihályfalvi Dénes fia Péternek eladja.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36390. (Kolosm. Prot. minus AB. fol. 41.)

Quod provida domina Katherina relicta Mathei Kabos in possessione Zenthmyhalfalwa Superiore residens ad nostram veniendo etc. medietatem feneti sui in campo Hydegrakoskey in pertinentiis possessionis Polyan existentis Petri filio Dionysio de eadem Zentmyhalfalwa suisque heredibus universis pro viginti quinque florenis auri dedisset et vendidisset, immo dedit et vendidit coram nobis. Datum feria quinta proxima post Leonardi abbatis.

(1441.)
nov.
9.

¹⁾ Blasius filius Dominici de Felwynch, Dionysius filius Johannis Bathyz dicti de Balyon, Johannes de Chegez ac Andreas de Warfalwa.

²⁾ in pertinentiis Aranyaszegh existens *innen kitörölve*.

36.

(1442.) jan. 29.

A kolosmonostori convent előtt Patai Bálint kiskorú fia János csicscszentiváni Tatár Mihályt és testvéreit összes birtokai fele részében birtokos társaiul fogadja, Tatár Mihály viszont az elidegenített birtokoknak saját költségén és fáradságán való visszaszerzésére kötelezi magát.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36390. (Kolosm. Prot. minus AB. fol. 50.).

Quod Johannes filius Valentini de Patha ad nostram veniendo presentiam confessus est in hunc modum, quod quia ipse in tenera esset constitutus etate, portionesque suas possessionarias ac iura possessionaria quelibet debite protegere non valeret, ideo ipse matura deliberatione prehabita Michaelem Thathar de Chychzentywan ac Georgium et Anthonium fratres eiusdem etc. in dominium directe medietatis universarum portionum possessionariarum ac prediorum suorum ubilibet habitarum penes se recepisset, tali modo, quod pro reacquisitione et reoptentione possessionum ac portionum possessionariarum apud manus alienas tam potentialiter quam titulo pignoris habitarum universas et quoslibet expensas et labores ipse solus facere assumisset tali modo, quod ipse vel quivis de fratribus suis supervivens predictas portiones possessionarias ac predia reoptinere possent, in duas dividerent equales partes, quarum unam memorato Johanni filio Valentini, alteram vero sibiipsis retinerent. Datum secundo die ut supra.

(1441.)
jan.
29.

37.

(1446.) jún. 28.

A kolosmonostori convent előtt Alsószentmihályfalvi Mátyás fia Mihály egy rétvét az alsószentmihályfalvi ha-

táron husz arany forintért Felsőszentmihályfalvi Dénes fia Péternek előrkíti.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36391. (Kolosm. Prof. minus C. fol. 9.)

Quod Michael filius Mathie de Alsozenthmihalfalua ab una, parte vero ab altera Petrus filius Dionysii de Felsewzenthmihalfalua coram nobis personaliter constituti, idem Michael filius Mathie ministerio vive vocis spontaneaue voluntate confessus est in hunc modum, quod ipse quoddam pratum suum in territorio prefate possessionis Alsowzenthmihalfalua, inter metas possessionirm Kerestes et Polean situm, in quantum ad ipsum pertineret, prefato Petro filio Dionysii et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus universis iure perpetuo et irrevocabiliter pro viginti florenis puri auri plene ut dixit receptis ab eodem vendidisset, tradidisset et assignasset etc. immo vendidit, tradidit et assignavit coram (nobis), assumens nichilominus et obligans se prefatus Michael et suos successores prelibatum Petrum filium Dionysii et suos successores in pacifico dominio pretacti prati tenere et conservare contra quoslibet iuridice impetitores propriis suis laboribus et expensis.

(1446.) Datum feria tertia proxima post festum Nativitatis beati
jún.
28. Johannes Baptiste etc.

38.

1448. jan. 9. Sepsiszentgyörgy.

Hunyadi János kormányzó Sepsi szék közgyűlésén Szotyori Mátyást Árapataki Antallal szemben elmarasztván, megparancsolja Fejéregyházi Bálint, Bizerei Miklós törcsvári porkoláboknak és a székbírónak, hogy Árapataki Antalnak Szotyori Mátyás részéről szolgáltassanak igazságot.

Eredetije papíron, alján a kormányzó veres pecsétjének töredékeivel birtokomban.

Nos Johannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator. Memorie commendamus per presentes, quod in congregatione nostra generali universitati sicularum sedis Sepsy feria tertia proxima post festum Circumcisionis Domini proxime preteritum in villa Zenthgywrgh celebrata Mathias filius Alberti de Zwthyor per Anthonium de Arokpatak, ratione trium florenorum auri hungaricalium ad eandem congregationem generalem nostram in presentiam legitime citatus non venit, neque misit, unde nos cum iuratis assessoribus dicte nostre congregationis ipsum Mathiam contra Anthonium convictum et aggravatum pronuntiavimus. Quocirca vobis Valentino de Feyereghaz et Nicolao de Byzere castellanis nostris ac iudici terrestri harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus receptis presentibus ex parte prefati Mathie de premissis tribus florenis auri eidem Anthonio omnis iuris et iustitie, ac debite satisfactionis complementum impendere¹⁾ et exhibere modis omnibus debeatis, ne pro defectu iustitie idem Anthonius peramplius nobis non urgeatur querulari. Aliud non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum octavo die termini prenotati in loco memorato, anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

jan.
2.

1448.
jan.
9.

39.

1448. febr. 15. Torda.

Hunyadi János kormányzó egyfelől Árapataki Antal, hidvégi Nemes Antal és Bálint, másfelől a székeleyek három nemzetsége között vitás árapataki és hidvégi földeket és erdőket IV. Béla adománylevele alapján az előbbieknek, a bármikor perlekedésre hajlandó székelységet pedig az örökös hűtlenség fenyegetésével örök hallgatásra ítéli.

A bemutatott eredeti hártya oklevélről a XVIII. sz. 60-as éveiben készült erd. kir. táblai *másolat*, Orsz. lt., *Kőszegi A.* ítélmester iratai XXIII. 59. fol. 501.

¹⁾ ex szótág innen törölve.

A kir. táblai megjegyzés szerint az eredeti oklevél hátán a következő följegyzés volt olvasható: Anno Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Hunyadi János levele az árapataki és hidvégi határhásítás felől a székelységgel. Megperelvén egymással, a székelyeknek nem volt semmi levelek, de Nemes Antal, Nemes Bálint és Árapataki Antal Béla király idejebeli levelet producálván, a határt meghasították a Vecsel farkától fogva északfelé fel Benedekmezejére néző helyig es onnan Kollátgyepű alias Kollátpatakáig, onnan bé az Oltig, onnan egyenesen hasították a Vecsel farkáig. — 1643. tertia Julii, Johannes Daniel m. pr.

Nos Johannes de Hwnyad regni Hungariae gubernator etc. Damus pro memoria per praesentes significantes quibus expedit universis, quod cum causa inter nobiles viros Anthonium de Arokpatak ac alterum Anthonium et Valentinum Nemes dictos de Hydweeg ab una, nec non trium generum siculos ab altera partibus super facto quarundam terrarum et silvarum, ac metarum earundem reambulatoriarum diutius mota et ventilata ultimatim nostram in praesentiam, ad congregationem nostram generalem universitati sicularum feria tertia proxima post festum Circumcisionis Domini proxime praeteritum elapsa in Zenthgywrgh celebratam reducta exstitisset, eandemque nos propter eiusdem causae controversionisque difficultatem eandem ad octavas festi Epiphaniarum Domini tunc venturas ad congregationem Thordensem, discussioni et finali determinationi universorum nobilium partium Transsilvanarum prorogassemus; ipsis denique octavis instantibus nobisque cum dictis nobilibus partium Transsilvanarum pro faciendo moderativo iudicio causantibus, in sede nostra iudiciaria sedentibus et constitutis, annotati siculi nostram venientes in praesentiam contra eosdem utrumque Anthonium et Valentinum proposuerunt eo modo, quod ipsi temporibus non diu praeteritis praenotatas terras et silvas ipsorum, per ipsos divorum regum Hungariae temporibus tentas et possessas et occupatas ad dictas possessiones eorundem Arokpatak et Hydweeg annectissent et applicassent in ipsorum praeiudicium et dampnum valde magnum, quas per eosdem utrumque Anthonium et Valentinum remitti postularunt coram

nobis. Quo audito praefati uterque Anthonius et Valentinus nostram personaliter venientes in praesentiam responderunt exadverso, quod ipsi praenotatas terras et silvas ab eisdem sicutis non occupassent et nec occupatas conservarent, sed dictae terrae et silvae ipsis vigore instrumentali ac reambulationis et sequestrationis metarum attinent et ibidem litteras olim domini Belae regis Hungariae¹⁾ nobis praesentarunt, in quibus metas infrascriptas pro parte predecessorum dictorum utriusque Anthonii et Valentini erectas vidimus. Primo incipit in cacumine montis Vecul appellati, deinde tendit ad partem septemtrionalem, transiret per quendam Berch, ubi habentur quatuor metae, tandem transiret ad quandam silvam Benedekmezeye, ubi essent duae metae. Et deinde iret ad quandam silvam Hawad vocatam, ubi esset una meta et tandem iret ad fluvium Kollathpathaka alio nomine Kollathkwpw,²⁾ abinde tenderet ad occidentem ad fluvium Olth et penes fluvium Olth ad orientem veniret rursus ad montem Vechwl et ibi determinaretur. Quibus praesentatis partibusque praedictis in praemissis per nos iuris medelam impertiri postulantibus, quia memorati sicuti easdem terras et silvas solum simplici verbo et non litteralium instrumentorum productione seu aliorum documentorum comprobatione suas fore declarabant, unde nobis et dictarum partium Transsilvanarum nobilibus nobiscum in iudicio existentibus id, ut praescriptae metae rite et rationabiliter erectae, ex eoque praenotatae terrae et silvae litigiosae sub distinctionibus et sequestrationibus metarum superius specificatarum annotatis utrique Anthonio et Valentino in perpetuum adiudicari manifeste agnoscebatur; pro eo nos sano et salubri consilio eorundem nobilium inducti praematurum easdem terras et silvas litigiosas rationibus ex praemissis dictis utrique Anthonio et Valentino, ipsorumque haeredibus universis ad dictas possessiones

¹⁾ IV. Béla 1252. aug. 20-án kelt oklevelét I. Szabó K., Székely Oklevéltár I. 9.

²⁾ V. ö. IV. Béla idézett oklevelével, illetve az erd. kápt. 1366. máj. 24-ikén kelt jelentésével előbb.

eorum Arokpatak et Hydweeg iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas adiudicamus, relinquimus et committimus auctoritate nostra iudiciaria mediante, salvis iuribus alienis, memoratis sicut ab ulteriori acquisitione earundem et infestatione dictorum utriusque Anthonii et Valentini, ipsorumque haeredum universorum silentium imponendo perpetuum. Addicimus nichilominus et firmiter interponimus, quod si temporum in processu praevia ratione aliquam litis seu dissensionis materiam movere et suscitare attemptaverint, prout in litteris dictorum utriusque Anthonii et Valentini obligatoriis coram nobis productis continentur, quod ipsi et eorum haeredes notam infidelitatis perpetuae incurrant eo facto, harum nostrarum, quibus sigillum nostrum, quo uti gubernator regni (Hungariae)¹⁾ utimur, est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Thordae praedictae, trigesima quarta die octavarum festi Epiphaniarum Domini praedictarum, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragésimo octavo.

1448.
febr.
15.

40.

1448. febr. 17. Torda.

Herepei Márk, Balai György és Somkerek Miklós erdélyi alvajdák előtt Hidvégi Bálint egy év tartamára ügyvédeket vall.

Eredetije papíron, hátán pecsét maradványaival, a Török Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeum-Egyesület lt.

Nos Marcus de Herepe ac Georgius de Bala et Nicolaus de Somkerek vicewaywode Transsilvani. Memorie commendamus per presentes, quod Valentinus de Hidweg coram nobis personaliter constitutus in omnibus causis suis et carum articulis tam per ipsum contra alios,

²⁾ Kimaradt.

quam per alios quospiam contra ipsum in quibuslibet terminis coram quovis iudice et iustitiariis regni, ecclesiastico videlicet et seculari, a data presentium per anni circulum motis vel movendis discretos et nobiles viros Petrum sancti Michaelis, Abraham beate Marie virginis, Michaellem sancti Nicasii martyris altarium rectores in ecclesia Transsilvana constructorum, Ladislaum et Albertum Boltha, Nicolaum de Gald, Georgium de Rwd, Clementem de Madaras, Martinum, Urbanum et Petrum de Galthw, Valentinum Zabo de Vyzekel, Bricium, Alexium, Paulum Rufum et Michaellem Parvum in dicta Hydvege residentes familiares eiusdem prefati Valentini de Hydvege fecit, constituit et ordinavit suos veros et legitimos procuratores, ratum et firmum se promittens habiturum, quidquid per prenomatos suos procuratores simul vel divisim exhibitores seu videlicet exhibitorem presentium actum, factum, procuratumve fuerit in causis suis prenotatis. Datum Thorde, sabbato proximo post festum beati Valentini martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragésimo octavo.

1448.
febr.
17.

41.

1448. aug. 7. Kóhalom.

Hunyadi János kormányzó parancsa a szászokhoz, hogy a közibéjük érkező Vlad havaselföldi vajdát, az Árapataki Antal előterjesztése értelmében illő tisztelettel fogadják.

Eredetije kilyukadozott papíron, alján a kormányzó hollós pecsétje maradványaival, Orsz. lt. Kovácsy Lőrinc kir. táblai ügyvéd iratai nr. 548.

Johannes de Hwnyad regni Hungarie gubernat [tor]. Circumspectis viris universis saxonibus presentes visuris salutem cum [ho]nore. Ex quo illustris princeps dominus Wladislaus vayvoda Transalpin[ensis] pro bono regni

et commodo totius christianitatis exnunc erga nos venturus est, ideo vestris dilectionibus firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus cum idem vayvoda in vestri medium pervenerit, eidem et suis gentibus iuxta informationem Anthonii de Arapatak debitas honores et reverentias facere debeatis. Ceterum relatibus ipsius Anthonii fidem creditivam adhibeatis nostri (gratia.)¹⁾ Aliud non facturi. Presentibus perlectis [exhib]enti [restitutis.] Datum in Kewhalom, secunda die festi beati Sixti pape, anno [Domini] MCCCCXL-mo octavo.

1448.
aug.
7.

42.

1450. márc. 30.

A kolosmonostori convent előtt Kövendi Domokos az Aranyas széki székelység képében tiltakozik az ellen, hogy Farnasi Dénes az Aranyas folyó mentén a Szászút mellett, a Gerendi Miklós fiai pedig a Füzügy vize felől a székelyek földéből jókora darabot elfoglaltak.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36406. (Kolosmon. Prot. minus Széllyes fol. 84.).

Quod Dominicus in Kewend commorans in sua, nec non universorum sicularum in districtu sedis Aranyas commorantium ad nostram veniens (presentiam)²⁾ per modum protestationis etc. ipsi percepissent, egregius Dionysius de Farnas penes viam videlicet Zazwt nuncupatam iuxta dictum fluvium Aranyas et Michael, Ladislaus et Nicolaus filii Nicolai de Gerend a parte meatus cuiusdam aque Fewzyg nominate magnam partem terre metarum ipsorum sicularum occupassent et inclusissent seque cum nostro et capituli ecclesie Transsilvane testimoniis introduci vellent in preiudicium etc. Qua protestatione facta dictus Dominicus in suo et predictorum

¹⁾ Tollban maradt.

²⁾ Tollban maradt.

siculorum nominibus prefatos etc. prohibuit lege regni requirente. Datum feria secunda proxima post festum Annunciationis beate Marie virginis anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

1450.
márc.
30.

43.

(1450 körül.) nov. 10.

A kolosmonostori convent előtt egyfelől Farnasi Dénes a fiai, leánya és a néhai bartáni Peres György leánya és fia képében, másfelől a Gerendi Miklós fiai Tordalaka puszta vitás határát Torda megyében fogott bírák közbenjárására közös akarattal megállapítják.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36407. (Kolosm. Prot. minus D. fol. 63.)

Quod egregius Dionysius de Farnas in personis Benedicti et Johannis filiorum ac nobilis puelle Anna vocate filie suorum, item nobilis domine Elena vocate, consortis Ladislai de Nagwewlg, filie et Georgii Peres dicti filii condam Georgii similiter Peres de Barthan, quorum onera et quelibet gravamina, si in infrascriptis persistere nollent, per omnia super se assumendo ab una, parte vero ab altera Nicolaus filius Nicolai de Gerend in sua ac Ladislai et Michaelis fratrum suorum personis, quorum similiter quelibet onera super se assumendo, coram nobis personaliter constituti unanimi relatu spontaneaue voluntate confessi sunt in hunc modum, quod quamquam inter partes prenotatas pretextu possessionis seu predii Thordalaka vocate ipsorum Benedicti, Johannis, puelle Anne ac domine Elene et Georgii Peres in comitatu de Thorda existentis, nec non metarum eiusdem lites et controversie mote fuerint et exorte, diutiusque ventilare, tamen eedem partes adiudicatione et compositione multorum proborum et nobilium virorum de pace partium gratulantium intervenien-

tibus ad talem pacis et concordie devenissent unionem, quod sopitis et sedatis, viribusque carere commissis universis litteris metalibus ac reambulatoriis, inquisitoriis, citatoriis, evocatoriis, iudicialibus, transmissionalibus et quibuslibet aliis sub quibuscunque formis verborum contra sese coram quovis iudice usquemodo quomodocunque emanatis, cursus metarum predictae possessionis seu predii Thordalaka hoc modo inter se esse et persistere commisissent, quod primo incepissent ab inferiori parte predicti predii Thordalaka penes fluvium Aranyas a parte meridiei in quodam loco quasi aquarum meatu, quem locum pro meta deputassent. Inde ad meridiem progredientes quasi ad iactum unius lapidis quendam parvum ascensum montis pro meta reliquissent. Abhinc in planicie terrarum arabilium ad eandem plagam directe per magnum spatium eundo quousque metas sicularum attigissent, quibusdam duobus puteis a parte occidentali quasi ad distantiam missionis unius sagitte stadialem vulgo Yegben Lewethne Feld cum cunctis terris a parte orientali adiacentibus ipsis nobilibus de Gerend, a parte vero occidentali ad ipsum predium Thordalaka sequestratis et commissis. Inde penes cursum metarum eorundem sicularum semper ad occidentem eundo pervenissent, quousque meta eorundem sicularum et dicti predii Thordalaka ad metam possessionis Zenthkyral coniungeretur. A ciuibus tribus metis declinando ad partem septentrionalem per bonum spatium attigit fontem rivuli Fyzeopathaka, quem pro meta reliquissent. Inde semper per ipsum rivulum eundo per maximum spatium ad partem septentrionalem usque ad alterum portum ipsius rivuli Fyzeopathaka, penes antiquum meatum fluvii Aranyas situm, ubi inter ipsum portum ipsius rivuli Fyzeopathaka et ipsum fluvium Aranyas quoddam nemus existeret, quod eedem partes inter se ipsas partes divisissent, a quo portu rivuli Fyzeopathaka directe ad plagam septentrionalem ipsum fluvium Aranyas pertranseundo attigit meta viam, que de Egerbegh ad Lonam iret, quam pertranseundo pervenerit ad aliam viam publicam de eadem Egvr-

behg ad Hadrew euntem, quam similiter pertranseundo, eundo ad. eandem plagam tertiam viam de eadem Egerbegh ad Ewrke ducentem, que via in latere montis ascenderit ad altiorem summitatem ipsius montis, cuius summitatem pro meta reliquissent. Deinde ad plagam orientalem declinando in cacumine ipsius montis eundo predictam viam de Ergerbegh (*így!*) ad Ewrke euntem similiter pertransirent, per magnum spatium in eodem cacumine ipsius montis eundo duas parvas tumositates terre invenissent, quas pro meta reliquissent, de quibus descendendo de eadem monte directe ad meridionalem plagam predictas duas vias et fluvium Aranyas directe pertranseundo pervenissent ad primum locum metalem sicque terminassent. Voluerunt etiam, ut quamprimum prefatus Benedictus ad propria redierit, tune una cum prefatis Nicolao et Michaele de Gerend ad predictam dispositionem et metarum reambulationem ratificandam et approbandam nostram in presentiam venire teneantur. Datum in profesto beati Martini episcopi et confessoris.

1450
körül
nov.
10.

44.

1451. jan. 10. Zákánymonostora.

Hunyadi János kormányzó a fiágon magvaszakadt Szentkirályi Semjén javait és székely örökségeit a széke-lyek jogszokása értelmében egyenlő részben három leányának és testvérének Gyulakuthi Péternének ítéli.

Kivonaton átirata Báthory Zsigmond 1597. máj. 10-én kelt ítéletében, Orsz. lt. gyulafehérvári káptalani *Protocollum, Deus ad auxilium* fol. 429—38., és *Diversorum comitatum* I. 5. nr. 60.

(*Székely M.*) A nemes székely nemzetnek constitutiója 72.

— — idem procurator in causam attractae — — exhibuit — — de consuetudine siculorum super devolutione bonorum siculicalium litteras honorabilis capituli eccle-

1451.
jan.
10.

siae Albensis transsumptionales — — continentes in se transsumptionales¹⁾ litteras magnifici condam domini Joannis de Hunyad regni Hungariae gubernatoris in Monostor²⁾ die dominico proximo post festum Epiphaniarum Domini in anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo confectas et emanatas, quibus mediantibus idem dominus gubernator, durante gubernaminis sui officio, una cum dominis praelatis et baronibus regni secum in sede sua iudiciaria existentibus et constitutis in quadam causa ratione haereditatum, rerumque et bonorum nobilis agilis condam Semyen³⁾ filii condam Stephani de Zent Kiraly, iuxta continentiam quarundum litterarum egregii Johannis Gereb castellani sui Georgyniensis transmissionalium inter nobilem dominam Annam consortem Petri de Gywlakwtha, sororem vero carnalem et tres filias ipsius Semyen,⁴⁾ videlicet dominam Margaretham nec non puellas Helenam et Annam mota et coram eodem domino gubernatore vertente iudicando commisisset eo modo, quod si idon Semyen⁵⁾ semen masculinum post se reliquisset, extunc bona et haereditates eiusdem Semyen⁶⁾ ante alias feminas in sexum virilem devolvi debuissent. Verum ex quo in virili sexu et semine defecisset, igitur iuxta consuetudinem siculorum huiusmodi bona et haereditates ad ius femineum, in praefatas scilicet dominam Annam sororem carnalem et tres filias ipsius Semyen⁷⁾ devolutae essent, atque redactae, inter easdem equaliter dividendae et illis earumque haeredibus et successoribus utriusque sexus superexstantibus, alii successores in eadem bona et haereditates, possessionesque se intromittere et ingerere nequaquam possent. Verum ipsis absque haeredum utriusque sexus solatio ab hac luce decedentibus, sic tandem eadem bona, haereditates et possessiones dicti Semyen⁸⁾ in alios legitimos suc-

¹⁾ transumptionem a *másolatokban*.

²⁾ Zákánymonostora. — *Teleki*, Hunyadiak kora II. 171 l., 3. jegyzet.

^{3—8)} Sinnej, Sinniei, Sinnyey, Sennjei, Sinnyej, Sennyei, Synej, Synnej *rontott névalakok a másolatban és az átiratban is*. — V. ö. *Szabó K.*, Székely Okl. III. 29. és ezen kötet 45. lapjával.

cessores earundem haereditatum devolvi et redundari
deberent — —

45.

1453. okt. 11. Görgény.

Vingárti Geréb János görgényi porkoláb jelenti Hunyadi Jánosnak, hogy a nagyernyei székelyek a Maros széki székbíróval és hadnaggyal Sáromberke és Nagyernye vitás határának kiigazítását megtagadták, ő azonban a kiigazítást végrehajtotta.

Eredetije hártján, hátán gyűrűpecsét nyomaival a gr. Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Gróf Teleki S. kanc. iratai.

Magnifico Johanni de Hwnyad perpetuo comiti Bystriciensi ac sumpmo capitaneo totius regni Hungarie per illustrissimum principem dominum Ladislaum dei gratia Hungarie, Bohemie etc. regem ac ducem Austrie et marchionem Moravie in dicto regno Hungarie constituto, domino suo metuendo Johannes Greb de Wyngarth castellanus castri Gergen promptitudinem famulatus cum omni fidelitate. Noverit vestra magnificentia, litteras eiusdem vestre magnificentie super reambulatione metarum subscriptarum nobis preceptorie loquentes omni cum honore recepisse in hec verba:

Johannes de Hwnyad comes perpetuus Bystriciensis ac sumpmus capitaneus regni Hungarie etc. Agilibus viris Petro de Meggyes ac Stephano Thoth capitaneis, nec non iudicibus terrestribus¹⁾ et senioribus sedis Moros salutem cum favore. Noveritis, quod serenissimus princeps dominus noster Ladislaus Hungarie etc. rex dominus noster gratiosissimus mediantibus litteris suis nobis mandaverat, ut nos quasdam metas inter Nicolaum Erdeli ab una, ac siculos dicte sedis ab altera partibus possessionis Sarombergh disponere inter eos et rectificare deberemus. Et

¹⁾ terrestris az eredetiben.

quia nos adpresens celerrime erga ipsum dominum nostrum regem accedere habemus, pro eo nos ipsas metas partes inter predictas rectificare non potuimus; ideo volumus et vobis in persona domini nostri regis firmiter precipiendo mandamus, quatinus visis presentibus ipsas metas iuxta contenta litterarum reambulatoriarum ipsius Nicolai partes inter predictas rectificare et rectificari²⁾ facere velitis et debeatis, ipsum Nicolaum in ipsis metis pacifice relinquendo. Alioquin commisimus et serie presentium committimus Johanni Greb castellano castris nostri Gewrgen, ut ipse ipsas metas partes inter predictas rectificare debeat et teneatur nostra in persona. Secus non facturi in premissis. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in Dyogh, in festo Exaltationis sancte crucis, anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

1453.
szept.
14.

szept.
22.

Nos igitur mandatis vestre magnificentie obedire cupientes ut tenemur sabbato in Quatuortemporibus festi beati Michaelis archangeli proxime preterito ad villam sicularum Nagerne vocatam personaliter accessimus et presente prefato Nicolao Erdeli, vicinis et commetaneis inibi legitime convocatis, signanter interessentibus personaliter agilibus viris (Benedicto)³⁾ Bychak de Chykfalwa iudice terrestri, Stephano Thoth de Zenthanna capitaneo maioris exercitus, Jacobo filio Emerici, Ladislao filio eiusdem de Meggyesfalwa, Petro filio Meggyes de Erdewzenthgergh, Georgio filio Johannis de Zenthmarthon, Michaelae filio Blasii de Andreasfalwa, Barraba de Zenthgergh, Gregorio filio Ladislai, Petro filio Michaelis de Karachonfalwa ac aliis quampluribus potioribus, nec non universis siculis in dicta Nag Erne commorantibus, coram cisdem revisis et vulgarisatis litteris honorabilis conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmonstra⁴⁾ super reambulatione metarum subscriptarum per religio-

²⁾ rectificare *u. o.*

³⁾ Kimaradt.

⁴⁾ 1412. szept. 8. — L. ezen kötet 42. és köv. lapjain.

sum fratrem Egidium presbyterum, hominem conventua-
lem ac magnificos condam Stiborium wayvodam Trans-
silvanum et Michaelem filium Salomonis comitem siculo-
rum, de mandato condam serenissimi principis domini
Sigismundi Romanorum ac Hungarie etc. regis facta, voca-
vimus et am(m)onuimus pleris vicibus prefatos iudicem
terrestrem, capitaneum maioris exercitus et seniores ac
universos siculos de dicta Nag Erne, ut iuxta mandatum
vestre magnificentie ipsas metas inter prefatum Nicolaum
Erdeli et eosdem siculos sedis Moros rectificarent, qui
penitus mandatum vestre magnificentie refutando contra-
dicebant. Nos vero non obstante contradictione eorundem
siculorum, ad huiusmodi reambulationes metarum iuxta
contenta litterarum predicti conventus accessimus et
primo versus orientem ad cacumen unius montis silvas
habenti(s) ascendimus, ubi unam metam novam terream
erigi fecimus, deinde descendendo versus occidentem in
latere eiusdem montis unam metam antiquam terream re-
perimus; inde procedendo versus eandem occidentem ad
quendam vallem parvum pratum habentem unam metam
novam cumulari⁵⁾ fecimus; deinde semper ad eandem
plagam occidentalem tendendo in planicie cuiusdam terre
arabilis unam novam metam terream erigi facientes, ul-
terius egrediendo ad parvum monticulum terre arabilis et
in eodem vulgo Berch dicto unam metam novam conglo-
bantes, deinde processimus infra planiciem terre arabilis,
ubi unam metam novam erigi fecimus et deinde progressi
fuimus ad quendam satis magnum pratum, ubi unam
metam novam construi fecimus terream; ulterius ivimus
ad terras arabiles, ubi similiter unam novam metam con-
volvi fecimus et abhinc versus fluvium Moros processimus
prope quoddam stagnum⁶⁾ vulgo Er vocatum, ubi duas
antiquas metas reperimus, quarum una possessionem Sa-
rombergh et alia villam siculorum Nag Erne sequestrabat,
cuiusquidem possessionis Sarombergh metam renovare et
aliam statu in eodem stare permisimus; deinde ulterius

⁵⁾ *cumulare az eredetiben.*

penes eundem stagnum⁷⁾) versus fluvium Moros procedendo similiter duas metas antiquas reperimus, quarum una possessionem Nebanch, alia vero possessionem Sarpathak⁸⁾) separabat, cuiusquidem possessionis Saromberk⁹⁾) metam renovare fecimus; deinde ad insulam Hermanzegethe vocatam, quamquidem insulam totaliter, dempta medietate dicti stagni¹⁰⁾) vulgo Er dicti, dicto Nicolao Erdeli et Stephano fratri suo ad dictam possessionem Sarombergh pacifice relinquimus, medietatem autem stagni¹¹⁾) ad prefatam possessionem Nebanch dimisimus, et abhinc ad fluvium Moros in opposito cuiusdam portus ad eundem fluvium Moros iacentis, cuius fluvii medietas ad possessionem Sarpathak et alia medietas possessionem Sarombergh pertinet, ubi mete possessionum Sarombergh, Erne et Nebanch terminantur. Quia autem seniores dicte terre Moros simul cum dictis siculis et populis de dicta Erne in ipsorum et omnium trium generum siculorum nominibus condam Anthonium patrem dictorum Nicolai et Stephani eum fratribus suis in possessione Ebes ad dictam possessionem Sarombergh perimente relinquisse¹²⁾) asseruissent et fassi fuissent dictam possessionem Ebes semper ad possessionem Sarombergh pertinuisse et nos eandem possessionem Ebes cum suis antiquis metis, in quibus per prefatos hominem conventus et magnificos Styborium wayvodam Transsilvanum et Michaellem filium Salomonis siculorum comitem relictam fore comperimus, prenotatis Nicolao et Stephano Erdeli pacifice relinquimus perpetuo possidendam, pariter et habendam. In cuius rei memoriam presentes nostras litteras cisdem Nicolao et Stephano duximus concedendas. Datum in Gergen, sexto die reambulationis metarum predictarum, anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

1453.
szept.
27.

^{6—7)} stangnum *u. o.*

⁸⁾ Saromberk *helyesen.*

⁹⁾ Sarpathak *névből vakarással egyidejűleg javítva.*

^{10—11)} stangni, sthangni *u. o.*

¹²⁾ relinquissent *az eredetiben.*

46.

1455. aug. 8. Buda.

V. László király Hunyadi Jánosnak, Magyarország főkapitányának somkerei Erdélyi Miklós és István panaszára meghagyja, hogy nevezetteket Sáromberke birodalmában, a nagyernyei székelyeknek bizonyos földterületeket illető újabb követelésével szemben védelmezze.

Eredetije papíron, aljára nyomott pecsét töredékeivel, a gr. Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Gróf Teleki S. kancellár iratai.

Commissio domini regis.

Ladislaus dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, nec non marchio Moravie etc. Fideli nostro spectabili et magnifico Johanni de Hwnyad, comiti perpetuo Bistricziensi ac capitaneo generali in regno Hungarie constituto salutem et gratiam. Exponitur nostre maiestati in personis fidelium nostrorum Nicolai et Stephani Erdely dictorum de Somkerek per modum gravis querele, quod cum pridem per alias litteras nostras mandassemus vobis, ut vos inter ipsos exponentes ab una, ac universitatem sicularum sedis Maros ab altera partibus, in quibusdam differentiis et litibus, ratione et pretextu quarumdam metarum possessionis ipsorum exponentium Sarumberegh vocate a parte possessionum Naghernew et Libancz habitarum exortis, convocatis ipsis partibus inter easdem iuxta ipsorum iura et alia probabilia documenta meri iuris et iustitie, ac debite satisfactionis complementum impendere, metasque¹⁾ ipsorum possessionum secundum, quod ex documentis et iuribus partium constare potuisset, erigi facere debuissetis; et licet vos inter easdem partes bonam iustitiam faciendo metas etiam ipsas erigi feceritis, tamen prefati siculi iterum ac de novo certas particulas terrarum intra dictas metas per vos

¹⁾ ipsas keresztülhúzva.

erectas sibi ipsis occupare pretendentes, easdem²⁾ prefatis exponentibus uti et frui interdicendo non permetterent, ymmo quamplura dampna eisdem in pretactis terris ipsorum intulissent in preiudicium eorundem exponentium non modicum. Unde supplicatum fuit per nos ipsis superinde opportune provideri. Et quia unumquemque nostre ditioni subiectum, sicuti ex suscepto regiminis nostri officio tenemur,³⁾ in suis iustis iuribus et bonis illese et indempniter protegere volumus et conservare, ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus et premissis sic stantibus et se habentibus, prefatos exponentes in metis per vos inter easdem partes rectificatis et erigi procuratis, ac in omnibus aliis eorum iustis iuribus contra pretactos siculos nostros et quoslibet illegitimos impeditores protegere, tueri et defensare ac manutenere debeatis nostre maiestatis in persona et auctoritate presentibus vobis in hac parte attributa et iustitia mediante. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria sexta proxima ante festum sancti Laurentii martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. decimo sexto, Bohemie vero secundo.

1455.
aug.
8.

Commissio domini regis ex deliberatione prelatorum et baronum generaliter facta.

47.

(1455.) szept. 2.

A kolosmonostori convent előtt özvegy Szentmihályfalvi Dénes fia Péterné és fiai a polyáni határon a két Rákos folyó közt fekvő vitás rétet Felsőszentmihályfalvi Ábrahám unokájának, Szilágyi Lucia asszonynak, Tamás tordai szabó feleségének és gyermekeinek visszaadják.

²⁾ Sorközi betoldás.

³⁾ Sorközi betoldás.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36407. (Kolosm. Prof. minus D. fol. 48.)

Quod provida ac honesta domina Lucia vocata, filia condam Andree Zylagy a domina Magdalena filia condam Abrahe filii Pauli de Felsewzenthmyhalfalwa, consors vero Thome sartoris de Thorda ac Anthonius filius eiusdem domine Lucie in ipsorum ac Stephani et Pauli filiorum, ac puellarum Elene et Anastasie filiarum suorum personis, quorum onera et quelibet gravamina etc. ab una, parte siquidem ex altera nobilis domina Katherina vocata, relicta Petri filii Dionysii de Zenthmyhalfalwa ac Gregorius et Valentinus filii eiusdem condam Petri coram nobis personaliter constituti parili voce ac unanimi eorum voluntate confessi sunt in hunc modum, quod quamquam ipsi inter ipsos pretextu cuiusdam prati in territorio possessionis Polyan vocate inter duos fluvios Rakos vocatos simul cum rubeto existentis habiti litis et controversionis materia mota fuerit etc, tamen ordinatione et compositione nonnullorum proborum etc. ad talem pacis et concordie devenissent unionem, quod primo sedatis etc. universis et singulis causis ac causarum processibus, prefata domina Katherina vocata ac Gregorius et Valentinus idem pratum cum omnibus utilitatibus etc. prefatis domine Lucie ac filiis eiusdem pacifice et quiete remisissent et resignassent. Super quo iidem domina Lucia ac filii eiusdem et filie omnifarie contenti eosdem dominam Katherinam ac Gregorium et Valentinum, eorundemque successores universos ratione prefati prati reddidissent etc. absolutos, quitos etc. immo etc., tali obligaminis vinculo interposito, quod si qua partium predictarum premissam dispositionem infringere etc. vellett et niteretur, extunc talis pars contra partem alteram in premissis persistentem in centum florenos auri, iudici vero similiter in centum convinci deberet etc. Datum secundo die festi beati Egidii abbatis, anno Domini etc.

(1455.)
szept.
2.

48.

(1455. szept. 2.)

A kolosmonostori convent előtt Szilágyi Lucia asszony és fiai a polyáni Felsőréten a két Rákos patak közt fekvő rétjüket tizenhat arany forintért özvegy Szentmihályfalvi Dénes fia Péternének örökbe vallják.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36407. (Kolosm. Prot. minus D. fol. 49.)

Eadem domina Lucia in personis quorum supra portionem ipsorum in prato Felsewreth in territorio possessionis Polyan inter duos rivulos Rakos vocatos nobili domine Katherine, relicte Petri filii Dionysii etc. pro sedecim florenis puri auri perpetuo vendidisset, immo etc.

49.

(1455.) szept. 6.

A kolosmonostori convent előtt Polyáni Ferenc a felesége, fiai és leányai, bágyoni Balog Pál a testvére képében Szilágyi Lucia asszonyt és gyermekeit a polyáni Felső- és Alsóréten, a két Rákos patak közt fekvő kaszáló elidegenítésétől, özvegy Szentmihályfalvi Péternét pedig annak megvásárlásától tiltják.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36407. (Kolosm. Prot. minus D. fol. 49.)

Quod Franciscus de Polyan ac Paulus Balog de Bagyon in ipsorum ac Valentini similiter Balog fratris eiusdem Pauli, item honeste domine Anastasie filie condam Andree Zylagy de Felsewzenthmyhalfalwa consortis prefati Francisci, ac Sigismundi et Mathei filiorum eiusdem domine Anastasie, nec non providarum puellarum Agatha et Elena vocatarum filiarum eiusdem personis nostram venientes etc. providam dominam Luciam, filiam prefati condam Andree, consortem vero Thome sartoris de

Thorda ac filios et filias eiusdem aliosque quoslibet a venditione et traditione feneti seu prati ipsorum Felsewreth et Alsoreth, in territorio ville Polyan, inter duos fluvios Rakos vocatos existentium et habitorum, nobilem vero dominam Katherinam, relictam Petri de Zenthmyhalfalwa, aliosque quosvis ab emptione etc., seque in dominium eorundem intromissione etc. prohibuerunt lege regni etc. Datum sabbato proximo ante festum Nativitatis beate Marie virginis.

(1455.)
szept.
6.

50.

1458. jul. 27.

A kolosmonostori convent előtt özvegy Szentmihályfalvi Dénes fia Péterné, Katalin asszony és fia Gergely birtokaik védelmét és igazgatását második férjére Szentpáli Lászlóra ruházzák.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36392. (Kolosm. Prot. minus E. fol. 5.)

Quod Ladislaus de Zenthpal ac domina Katherina consors eiusdem, relictæ vero Petri filii Dionysii de Zenthmichalfalwa ac Gregorius filius eiusdem domine Katherine a predicto condam Petro procreatus coram nobis personaliter constituti, ministerio vive vocis spontanea-que eorum voluntate confessi sunt in hunc modum, quod ipsi propter suorum consanguineorum defectum protectioni et gubernationi iurium suorum possessionariorum commode intendere non valerent, pro eo ipsi matura deliberatione inter se prehabita universas et quaslibet portiones ipsorum possessionarias ubilibet et in quibuscunque comitatibus existentes habitas protectioni, tuitioni et gubernationi prefati Ladislai securi et certi existentes usque ad ipsorum beneplacitam voluntatem commisissent et reliquissent, commiseruntque et reliquerunt coram nobis, harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum

1458. feria quinta proxima post festum beati Jacobi apostoli,
júl. anno Domini etc. quinquagesimo octavo.
27.

51.

1458. (júl. 27. körül.)

A kolosmonostori convent előtt Szentmihályfalvi Mihály és fia Máté Szentmihályfalva határán az Aranyas mellett egy rétet negyven arany forintért Bojtorján Miklós és Albert székelyeknek s az édes anyjuknak eladnak.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36392. (Kolosm. Prot. minus E. fol. 4.)

Conventus monasterii beate Marie virginis etc., etc. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium Salvatore. Quum ea, que in tempore peraguntur, ne simul labentur cum tempore, provida hominum ratio litterarum patrocinio adinvenit commendare. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Michael de Zenthmichalfalwa et Matheus filius eiusdem nostram personaliter venientes in presentiam, oneribus quorumlibet fratrum et consanguineorum per omnia super se assummentibus, unanimi relatu, spontanea eorumque voluntate et vive vocis oraculo confessi sunt in hunc modum, quod ipsi quoddam pratum in territorio possessionis Zenthmichalfalwa predicta penes fluvium Aranyas in < sede eiusdem Aranyas > ¹⁾ existentis habitum, ipsos iure hereditario concernens cum totali fructu domine Clara vocate, relicte etc., nec non Nicolao et Alberto sicutis Boythoryan dictis filiis eiusdem, eorundemque heredibus et posteritibus universis, quod scilicet pratum hucusque titulo pignoris possedissent, pro quadrata florenis puri auri

¹⁾ comitatu Tordensi kitörlése után a sor között ugyanazon kéz betoldása.

plene ut dixerunt receptis et habitis ab eisdem in perpetuum dedissent, donassent et vendidissent, immo dederunt, donarunt et vendiderunt iure perpetuo et irrevocabili tenendum, possidendum pariter et habendum coram nobis, nullam penitus iuris proprietatem ipsis in hac parte reservantes; assumentes nichilominus et obligantes se prefati Michael et Matheus siculi memoratos dominam Claram, Nicolaum et Albertum siculos, filios eiusdem eorundemque successores in pacifico dominio prescripti prati contra quoslibet illegitimos impeditores conservare propriis suis laboribus et expensis. Quod si ipsi Michael et Matheus aut ipsorum successores prelibatos dominam, Nicolaum et Albertum filios eiusdem vel eorum successores in pacifico dominio prescripti prati temporum in processu quoquomodo conservare non possent aut non Curarent, extunc in duodecim marcarum argenti contra annotatos dominam ac Nicolaum et Albertum, eorundemque successores convincantur et convicti habeantur eo facto. Ad que prelibati Michael et Matheus se sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum etc. quinquagesimo octavo.

1458.
(júl.
27. k.)

52.

1459. máj. 15. Szászkezéd.

Vingárti Geréb János erdélyi főkapitány megparancsolja a Miklósvára széki falvak lakosainak, hogy a szent királyok rendelése szerint ezentúl Miklósvára szék törvényes székétől hallgassanak.

Eredetije papíron, alján kopott zöld viaszpecséttel, Török Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeum-Egyesület lt.

Nos Johannes Gereb de Wyngarth supremus capitaneus regie maiestatis in partibus Transsilvanis constitutus. Vobis universis populis et inhabitatoribus Miklos-

wara, Barolth, Kepecz, Bozos,¹⁾ Bachon, Zarazaytha, Wzonka, Kezepaytha, Nagaytha et Belen commorantibus et existentibus in persona et auctoritate regie maiestatis firmissime precipientes mandamus, aliudque omnino habere nolentes, quatenus statim visis presentibus, quemadmodum prius a divis regibus sit, et modo ad sedem vestram iudiciariam Mikloswara spectari ac iudicio eorundem obedire et obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini. Si vero id facere recusaveritis, commisimus et presentium serie firmissime committimus castellanis castrorum Thercz et Helthen, ut ipsi vos non sine magnis vestris gravaminibus et dampnis ac detentionibus *personarum ad* premissa artius compellant et astringant, auctoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa et iustitia mediante. Et secus in premissis sub pena premissa non facturi. Presentes post lecturam reddi iubemus presentanti.²⁾ Datum in oppido Zazkezdy, tertio die festi Penthecostes, anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

1459.
máj.
15.

commissio propria.

53.

1459. nov. 10.

A kolosmonostori convent előtt farnasi Veres Benedek familiárisa, Somai Antal útján Lábatlani László székely ispánt, az erdélyi három nemzetet az ezek által Kocsárdon alkotott végzéssel ellenkező ítélkezéstől, Miklós erdélyi ítélőmestert pedig ilyen értelmű ítéletek kiadásától tiltja.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36392. (Kolosm. Prot. minus E. fol. 34.)

Quod Anthonius de Soma familiaris egregii Benedicti Weres de Farnas in persona eiusdem domini sui nostram

¹⁾ Bodos, *ma*.

²⁾ presentandi *az eredetiben*.

personaliter veniens in presentiam per modum prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo < universi nobiles ac siculi, nec non saxones >¹⁾ decretum, quod in generali congregatione ipsorum in possessione Kochard proxime celebrata decrevissent, iuxta quod decretum annotati nobiles, siculi et saxones, signanter egregius Ladislaus de Labathlan comes siculorum ac viginti quatuor iurati nobiles quicquid extra idem decretum processissent et iudicassent, idem nomine et in persona quo supra eosdem Ladislaum comitem siculorum ac nobiles, siculos et saxones ab indebita dicti decreti egressione et iudicatione, Nicolaum vero harum partium Transilvanarum protonotarium a minus condignarum litterarum ultra decretum procedentium emanatione prohibuit lege regni requirente coram nobis. Datum sabbato proximo ante festum beati Martini episcopi, anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

1459.
nov.
10.

54.

(1460. jul. 25.)

*A kolosmonostori convent előtt Fiaťfalvi Illyés fia Balázs, anyja és testvérei képében is, szentiváni részbirto-
kát Belsőszolnok megyében Iklódi Miklós fia Benedeknek
cserében felajánlván, ez a cserét elfogadja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36392. (Kolosm. Prot.
minus E. fol. 48.)*

Quod Blasius filius condam Elie de Fyathfalwa in sua ac nobilis domine Veronica vocate, filie condam Johannis de Zentywan matris, nec non Stephani fratris ac nobilium domine Anna nuncupate consortis Johannis de Cheren, item puellarum Veronica et Dorothea appellata-

¹⁾ universorum nobilium ac siculorum, nec non saxonum *volna helyesen.*

rum, sororum utputa carnalium prefati Blasii personis coram nobis personaliter constitutus, Benedictum filium condam Nicolai de Iklod facie ad faciem coram nobis repertum, ammonuit eundem in eo, ut ipse Benedictus si eidem Blasio talis utilitatis possessionem et integram ac tali viciniori ei propinquam dare vult et voluerit, qualem Benedictus Weres de Farnas et Ladislaus de Kecheth pro sua portione possessionaria in possessione Zentywan vocata, in comitatu de Zolnok Interiori existenti habita sibi dedit et illam modo simili dilexerit, extunc idem Blasius prefato Benedicto de Iklod prescriptam portionem possessionariam in dicta possessione Zentywan habitam concambire et permutationem cum ipso Benedicto facere promptus esset et paratus. Quibus auditis memoratus Benedictus de Iklod respondit exadverso, quod ipse prescriptam portionem possessionariam in annotata possessione Zentywan existentem habitam sibiipsi iuxta huius regni consuetudinem concambire et permutationem cum prelibato Blasio vult atque vellet, harum nostrarum testimonio literarum. Datum ut supra.¹⁾

(1460.
júl.
25.)

55.

1462. máj. 3. Vác.

Mátyás király a Killyéni Antal állítólagos gyilkosainak, illyefalvi Hidvégi Mihálynak és Szentiváni Máténak, továbbá a gyilkosságban ugyancsak állítólagos bűnrészes nagyajtai Hidvégi Bálintnak, a nevezett Mihály atyjának ezen és más állítólagos bűneikre nézve megkegyelmezvén, megparancsolja a brassai tanácsnak, hogy ezen ügyből kifolyólag említett Hidvégi Mihályt, az atyját, testvéreit, rokonait, familiárisait se személyökben, se birtokaikban és egyéb javaikban ne háborgassák, hanem ha valakinek

¹⁾ Ugyanezen a napon és ügyben kelt két tiltó levél fogalmazványa nevezett Balázst a Bordi Illyés fiának, édesanyját pedig a Bordi Domokos özvegyének mondja. — *Ugyanott.*

keresni valója van rajtuk, a székely ispánok vagy alispánok székén keresse.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel az Erd. Múzeum-Egyesület lt., Báró Kemény lt., Codex authenticorum Kemenyianorum I. 10.

Relatio Johannis de Rozgon
magistri thavarnicorum.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudicibus, iuratis ceterisque civibus et inhabitatoribus ac toti communitati civitatis nostre Brassoviensis et terre Barcza, cunctis etiam aliis cuiusvis status et conditionis hominibus, quibus presentes ostendentur, salutem et gratiam. Quia nos fidelibus nostris Michaeli Hydvegy siculo de Ilyefalva sedis Sepsy partium nostrarum Transsilvanarum, nec non Matheo de Zenthivan ac universis aliis familiaribus suis, capitibus quoque ac possessionibus portionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis ipsorum quibuslibet ubivis habitis super nece seu interemptione condam Anthonii similiter siculi de Kylyeen, dicte sedis earundem partium nostrarum Transsilvanarum, per ipsos ut dicitur facta; item etiam Valentino Hydvegy de Naghaytha patri ac fratribus, proximis et consanguineis eiusdem Michaelis et ad eos pertinentibus quibuslibet, si saltem iidem in premissa nece seu interemptione dicti condam Anthonii vel consilio aut voluntate et consensu, vel inductione aut aliter qualitercunque culpabiles et noxii fuissent vel esse pretenderentur, ac similiter capitibus, possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis ipsorum quibuslibet, superinde nec non et super omnibus ac singulis excessibus, delictis, dampnis, iniuriis et aliis quibusvis malorum generibus per eosdem hactenus qualitercunque commissis et quibuscunque illatis vigore aliarum litterarum nostrarum exhinc confectarum gratiam fecimus: ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, sic omnino habere volentes, quatenus amodo deinceps visis pre-

sentibus memoratum Michaellem, nec non patrem, fratres, proximos et consanguineos ac familiares suos, ad eosque pertinentes pretactos in personis, possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis ipsorum quibuslibet premissis contra formam premissae nostre gratiae impedire, molestare et dampnificare, aut aliquam offensam eisdem inferre occasione premissorum nullatenus presumatis. Si qui enim ex vobis quicquam actionis vel questionis contra eosdem occasione premissorum haberent vel habuerint, hi id in presentia fidelium nostrorum magnificorum comitum vel vicecomitum si[culorum] nostrorum ac duodecim iuratorum seniorum prefate sedis [Se]psy in eadem sede, iuxta consuetudinem dictarum partium nostrarum Transsilvanarum contra eosdem ordine iuris prosequantur, ex quorum parte omnibus contra eos agentibus per eosdem comites vel vicecomites dictorum siculorum nostrorum ac duodecim juratos seniores pretacte sedis, secundum dictam consuetudinem antefatarum partium nostrarum Transsilvanarum iustitia ministrari debebit cum effectu, prout dictabit ordo iuris. Secus ergo premissae nostre gratiae sub obtentu facere non audeatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum

1462. máj. 3. Vacie, in festo Inventionis sancte Crucis, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

56.

1462. nov. 21. Brassó.

Idősb Vizaknai Miklós es somkerekí Erdélyi István erdélyi alvajdák Apor fia Istvánnak és társainak meghagyják, hogy Kálnoki Andrást a Mikó fiainak hidvégi és gerebenczi birtokaiból kiszakítandó leányi negyedrészt birodalmába iktassák.

Eredetije papíron, alján egy pecsét nyomaival a Székely Nemzeti Múzeumban, Báró Apor lt., Okiratok I. 6.

Nicolaus senior de Vyzakna et Stephanus Erdeli de Somkerek vicewayvode Transsilvani. Nobilibus viris Stephano filio Apor vel Blasio de Zenthgewrg, sive Valentino Thewrewk de Kyd an Ladislao dicto Cun de Kyd, sin Andree de Arapathak aliis absentibus hominibus nostris in persona nostra ad infrascriptam possessionariam (divisionem) ¹⁾ faciendam deputatis harum serie inurgendo committimus, quatenus dum et quamprimum per Andream de Kalnok (vos) ²⁾ vel alter vestrum fuerit requisitus, extunc ex deductione eorundem iuxta seriem et continentiam aliarum litterarum nostrarum privilegialium ad facies possessionum Hydweg et Gerebencz vocatarum (veniendo,³⁾ ibique portionem possessionariam quartalitiā de portionibus possessionariis filiorum Myko, iux(ta) ⁴⁾ contenta prescriptarum litterarum adiudicatoriarum cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis sequestrare et dividere, et < eidem exponenti >⁵⁾ statuere debeatis et teneamini auctoritate nostra vobis in hac parte attributa et iustitia mediante. Datum Brassovie, die dominica proxima post festum beate Elizabeth vidue anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

1462.
nov.
21

57.

1462. dec. 15. Udvarhely.

Vetési Albert csanádi püspök és Tamás vranai perjel, a királytól Udvarhely és Maros székre küldött bírák bizonyítják, hogy az Udvarhely széki esküdtek jelentése szerint a határok felett torzsalkodó Váralja és Pálfalva lakosai megbékéltek és a két falu között fekvő pusztát két egyenlő részre osztották, azzal a kikötéssel, hogy az egyeséget meg nem álló fél a megálló féllal szemben, a fizetendő negyven ezüst márkán felül még gyalázatban is maradjon.

¹⁾—²⁾ Tollban maradt.

³⁾—⁴⁾ Kimaradt.

⁵⁾ eisdem exponentibus az eredetiben hibásan.

Eredetije papíron, alján két veres viaszpecsét maradványaival a Magyar Nemzeti Múzeumban, *Gróf Rédey* lt.

Nos Albertus dei et apostolice sedis gratia episcopus ecclesie Chanadiensis ac Thomas prior Aurane iudices siculorum sedium Udwarhel et Maroszek per serenissimum principem et dominum dominum Mathiam dei gratia regem Hungarie, Dalmatie, Croatie etc., dominum nostrum naturalem gratiosissimum in persona sue serenitatis specialiter deputati. Memorie commendamus tenore presentium significantes ciuibus expedit universis, quod Blasius filius Gregorii de Tharchafalwa, Laurentius filius Petri de eadem, Blasius (filius)¹⁾ Johannis de Kobathfalwa, Gregorius filius Stephani de Karachonfalwa iurati assessores sedis Udwarhel coram nobis constituti, in persona villanorum possessionum Waralya et Palfalwa sponte confessi sunt in hunc modum, quod licet ipsi vicissim ratione et pretextu rectificationis certarum metarum lites et controversias pluries habuerint exortas et suscitatas, et diutius motas et ventilatas, tamen ipsi pacis unionem mutuo habere cupientes, per dispositionem proborum et idoneorum virorum partium pacem zelantium ad talem pacis et concordie devenerunt unionem, quod a parte orientali penes fluvium Rekethyepathaka directe supra vadum Swgorew vocatum structuram sepium edificare et tenere pariter semper perpetuis temporibus debeant et teneantur; insuper predium terre inter dictas villas Palfalwa et Waralya habitum in duas directas et equales partes dividere et partem superiorem possessioni Palfalwa, inferiorem vero partem possessioni Waralya remittere et assignare debeant et teneantur, contradictione semota et unaqueque villarum portionem suam cum sepibus obstruere et sepire teneantur; tali vinculo inter easdem partes interveniente, quod si qua partium prescriptarum in ipsa dispositione persistere nollet, non vellet aut non curaret, aut quid contra huiusmodi dispositionem innovaret vel attemptaret, extunc talis pars

¹⁾ Tollban maradt.

contra partem < in premissis persistentem > ²⁾ in quadraginta marcis argenti et insuper in pena calumpnie eo facto convincatur. Ad que premissa eedem ville seu villam coram nobis et prefatis iuratis assessoribus, uti per ipsos nobis dictum est, se obligarunt presentium testimonio mediante. Datum in Vdwarhel, feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

1462.
dec.
15.

58.

1463. jan. 19.

Az erdélyi káptalan Pálóczi László országbíró parancsára Árkosi Andrást és Demetert, kiknek atyja Árkosi Antal hidvégi Nemes Antalnak és Györgynek s ugyancsak hidvégi Mikó Antalnak árapataki részbirtokát elfoglalta, a Nemes Antal, György és Mikó Antal fiaival szemben törvénybe idézi.

Másolata a Geréb Péter erd. vajda 1478. máj. 14., illetve Kendi Antal alvajdának 1478. jul. 10-én kelt, ugyancsak másolatban ismert átiratában, Orsz. lt. *Kőszegi A.* ítélmester iratai XXIII. 59. fol. 404.

Magnificis, generosis, egregiis viris, vayvodis vel vicevayvodis Transsilvanis, amicis ipsorum honorandis capitulum ecclesiae Transsilvanae amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nos litteras inquisitorias, evocatorias pariter et insinuatorias magnifici domini comitis Ladislai de Palocz iudicis (curiae)¹⁾ serenissimi principis et domini domini Mathiae dei gratia regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. domini nostri gratiosissimi nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba:

Amicis suis reverendis capitulo ecclesiae Albensis Transsilvanae comes Ladislaus de Palocz iudex (curiae)²⁾ serenissimi principis domini Mathiae dei gratia regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. amicitiam paratam cum

²⁾ in premissis non persistentem *az eredetiben nyilván tollhiba.*
^{1—2)} Kimaradt.

honore. Dicitur nobis in personis honorabilis Demetrii presbyteri, ac Nicolai et Ladislai filiorum Anthonii Nemes, ac Valentini filii Georgii de Hydweg, nec non Laurentii et Petri filiorum Anthonii Myko de eadem, quod licet temporibus praeteritis praelibatus Anthonius filius Myko ac alter Anthonius filius Egidii, et Valentinus filius Georgii praedecessores ipsorum exponentium Anthonium filium Stephani de Arkws ratione iniuste et indebite occupationis et confiscationis¹⁾ portionis ipsorum possessionariae in possessione Arapathaka, in comitatu Albensi Transsilvaniae existentis, in causam convenerint aggravatumque praetenderint, ex postque idem Anthonius filius Stephani quartam partem eiusdem possessionis Arapathaka eisdem utrique Anthonio (et) Georgio in perpetuum et filios filiorum coram nobis fassus fuisset, tali obligationis vinculo inducto, ut si quandocumque temporis in progressu ipse Anthonius filius Stephani eandem quartam partem dictae possessionis Arapathaka eisdem utrique Anthonio et Valentino pacifice admittere et assignare noluerit et ab eisdem universam(m) niteretur occupare, extunc ipso facto et ad statim centum pondere marcharum argenti gravis ponderis ante litis ingressum persolvendo convinceretur et convinci deberet, tamen ex post idem Anthonius filius Stephani ipsam quartam partem possessionis Arapathaka eisdem utrique Anthonio et Valentino eisdem exponentibus, ipsis pluries petentibus admittere et assignare minime voluisset, quin tamen contra praescripta sua obligamina universam(m) occupasset, occupata(m)que contra legitimas et personales ipsorum exponentium prohibitiones idem Anthonius filius Stephani, quamdiu vixisset, tenuisset et conservasset, ac ipso decesso Andreas et Demetrius filii eiusdem tenerent et conservarent etiam in praesentiarum potentia mediante, in praeiudicium et dampnum eorundem exponentium valde magnum. Super quo amicitiam vestram praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Simon de

¹⁾ conservationis helyesen.

Rakws aut Petrus filius Theel de Nyen, vel Anthonius de Bodola seu Ladislaus Konch aliis absentibus (homo noster,) ³⁾ habita prius praemissorum mera veritate, (citet) ⁴⁾ praefatos Andream et Demetrium contra annotatos exponentes ad octavum festi Epiphaniarum Dominii nunc venturi vayvodarum vel vicevayvodarum Transsilvanorum in praesentiam, in sedem Thordensem, rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuantes nichilominus eisdem ibidem, quod sive ipsi octavis in eisdem coram ipsis vayvodis vel vicevayvodis compareant sive non, iidem ad partis comparentis instantiam id facient in praemissis, quod iuri videbitur expediri. Et post haec huiusmodi inquisitionis, evocationis et insinuationis seriem cum nominibus evocatorum, ut fuerit expediens, octavas ad praedictas eisdem vayvodis vel vicevayvodis more solito rescribatis. Datum in Zaaz Sebes partium Transsilvanarum, secundo die festi beati Lucae evangelistae et martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

1462.
okt.
19.

Nos itaque amicabilibus petitionibus eiusdem domini comitis Ladislai nobis in hac parte oblatis annuentes, una cum praefato Anthonio de dicta Bodola homine regio nostrum hominem videlicet discretum virum dominum Anthonium plebanum de Zwthyor ad praemissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi (nobis) ⁵⁾ concorditer retulerunt eo modo, quod ipsi feria quinta proxima ante festum Nativitatis Christi novissime praeteritum in comitatu Albensi praedicto ubilibet simul procedentes ab omnibus nobiles et ignobilibus, quibus decisset et licuisset, diligenti inquisitione praehabita talem de praemissis scivissent certitudinis veritatem, quod omnia praemissa et quaevis praemissorum singula sic acta, facta et perpetrata fuissent, sicuti eidem domino comiti Ladislao dictum exstitisset et quemadmodum testimonio litterarum

dec.
23.

^{3—5)} Kihagyva.

suarum per omnia contineret praedictarum; habitaque huiusmodi inquisitione ipsi regius et noster homines ibidem et eodem die saepeatos Andream et Demetrium de dicta Arkws de portione ipsorum possessionaria in dicta possessione Arapathaka in dicto comitatu Albensi habita contra annotatos exponentes ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas in vestram evocassent praesentiam in sedem Thordensem rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuaruntque ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in cisdem coram vobis compareant sive non, vos ad partis coram vobis comparentis instantiam id facietis in praemissis, quod iuri videbitur expediri. Datum vigesimo octavo die diei inquisitionis, evocationis et insinuationis praedictarum anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

1463.
jan.
19.

59.

1463. máj. 23. Székelyvásárhely.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda előtt Tholdalagi András megvallja, hogy özvegy Szentpáli Mihályné azt ígérte, hogy ha Szentgyörgyi Balázs és Demjénfy László a néhai szentpáli Barlabácssy Miklós leányait, Dorottyát és Juliánnát feleségül veszik, a reájok mint fiuleányokra néző összes birtokokat és egyéb javakat visszaadja, azonban ígérétét nem váltotta be.

Átiratai Magyi Pál alországbíró és erd. alvajda 1502. jan. 24., illetve Geréb Péter nádor 1502. márcz. 2-án kelt oklevelében, a gr. Teleki-cs. mvásárhelyi lt., *Tancsi* Földvály-iratok LX. 21. és LXXVIII. 3/b.

máj.
25.

Nos Johannes < Pangracz de Dengelegh > ¹⁾ wayvoda Transsilvanus siculorumque comes. Memorie commendamus, quod cum nos in festo beati Urbani pape in oppido Zekelwasarhel constituti fuissetus, nobilis An-

¹⁾ Pangaracz de Dengeleg a *Geréb-féle átiratban*.

dreas de Tholdalagh nostram personaliter veniens in presentiam sponte et libere est confessus in hunc modum, quod dum Blasius de Zenthgerg²⁾ et Ladislaus Demyenffy³⁾ nobiles dominas Dorotheam et Julianam, filias condam⁴⁾ Nicolai Barlabassy de Zenthpal legitime matrimonialiter duxissent in uxorem, protunc nobilis domina relicta condam Michaelis de Zenthpal glossa⁵⁾ ipsarum eisdem eomodo coram ipso se obligavisset, quod nisi pre-nominati Blasius et Ladislaus easdem Dorotheam et Julianam copulent et ducant in uxorem, universas possessiones, < portiones possessionarias >⁶⁾ ceterisque alias res erga ipsam habitas, easdem dominas tanquam filios tangentes et concernentes de manibus suis plenissime eisdem extradaret et restituet, ipsaque domina relicta Michaelis Zenthpaly⁷⁾ nec consorti Blasii de Z[e]nthgergy,⁸⁾ neque dicti Ladislai reddere et restituere curavisset, in quibus omnibus et singulis premissis ipse Andreas [de]⁹⁾ Tholdalagh arbiter per ipsas partes electus fuisset et exstitisset, annotataque domina relicta [in]¹⁰⁾ premissis suam obligationem non servasset. Que omnia premissa idem Andreas fide sua christiana mediante sic facta fore et fuisse testatus est coram nobis. In cuius testimonium presentes litteras nostras duximus concedendas. Datum in dicta Zekelwasarhel, predicto festo beati Urbani pape, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

1463.
máj.
25.

60.

1464. ápr. 10. Buda.

Mátyás király megparancsolja Pongrácz János erdélyi vajdának és székelly ispánnak, hogy Hidvégi Bálint-

²⁾ Zenth Gyewrgh ugyanott.

³⁾ Demyenfy u. o.

⁴⁾ A Magyi-féle átiratban kétszer.

⁵⁾ Mind a két átiratban.

⁶⁾ portiones possessionarias mind a két átiratban.

⁷⁾ Zenthpali a Geréb-féle átiratban.

⁸⁾ Zenth Gyewrgy u. o.

⁹⁾—¹⁰⁾ Magyi-féle átiratban kiszakadva.

nak és fiának Mihálynak, Borosnyai István fia Péter uzoni plébános s a Borosnyai János fiai részéről, kik illyefalvi és uzoni házaikat felverték és elfoglalták, szolgáltatasson igazságot.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel az Erd. Múzeum lt., Báró Kemény lt. Codex authenticorum Keményianorum IV. 5. Regestája Tört. Tár 1907. 95.

De commissione domini regis.

márc.
11.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fideli nostro magnifico Johanni Pangracz de Dengeleg wayvode Transsilvano et comiti siculorum nostrorum salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Valentini de Hydwegh ac Michaelis filii eiusdem querulose, quomodo circa dominicam Letare proxime preteritam, ipso Valentino hic in civitate nostra Budensi in novissima congregatione existente, discretus Petrus presbyter de Wzon ac Michael et Petrus filii condam Johannis filii Valentini de Borosnyo ex consilio et instigatione domine relicte condam Stephani de Wzon, matris videlicet prefati Petri presbyteri una cum nonnullis ipsorum complicibus ad domos et curias habitationum eorundem exponentium in possessionibus Illewfalwa et Wzon vocatis existentes veniendo, abindeque universas res et quelibet bona prefatorum exponentium¹⁾ deportassent et quo ipsis placuisset fecissent; his non contenti domos prefatas a manibus prefatorum exponentium pro se ipsis occupassent et occupative tenerent usque modo in preiudicium et dampnum ipsorum exponentium valdemagnum. Et quia nos sicuti neminem regnicolarum nostrorum, sic nec memoratos exponentes per quempiam dampnificari et eorum iustis rebus privari volumus, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus visis presentibus, rebusque sicut preferitur stantibus et se habentibus, antefatis exponentibus de et super ablatione rerum et bonorum ac occupatione domorum et aliis iniuriis eisdem modo premissis illatis et

¹⁾ excipiendo *innen kitörölve*.

irrogatis ex parte annotatorum Petri presbyteri ac Michaelis et Petri filiorum condam Johannis filii [Va]-²⁾ lentini, nec non domine relicte dicti condam Stephani de Wzo[n],³⁾ iuxta eorundem legitimas comprobationes [i]ustitiam⁴⁾ impendere debeat et teneamini, et nichilominus eosdem exponentes in universis eorum rebus et bonis iustis scilicet et legitimis contra quoslibet illegitimos impeditores et signanter contra et adversus dictos Petrum presbyterum ac Michaellem et Petrum, nec non dominam relictam condam Stephani, qui eisdem incommoda et dampna inferre non cessant, protegere, tueri et indempniter manutenere debeat nostra in persona et auctoritate vobis presentibus in hac parte attributa et iustitia mediante. Secus non facturus. Presentibus perlectis exhibenti restititis. Datum Bude, feria tertia proxima post dominicam Quasimodo, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regni nostri anno septimo, coronationis vero primo.

1464.
ápr.
10.

61.

1464. júl. 14. Torda.

Idősb Vizaknai Miklós erdélyi alvajda egyfelől a somkerei Erdélyi Miklós és Erdélyi István alvajda birtoka Sáromberke, másfelől Nagyernye falu vitás határát a szomszédok s a felek által egyenlő számban választott fogott bírák közbejöttével, Miklós erdélyi ítélőmesterrel megjárhatja s a vitás földek és rétek egyik részébe Erdélyi Miklóst és Istvánt, a másikba a nagyernyei székelyeket beiktattatja, azzal a kölcsönös kikötéssel, hogy az egyeséget megszegő fél a másik félnek 300 budai ezüstmárkát tartozik fizetni, és végül, hogy a felek a kolosmonostori conventtól a határok megújításáról bizonyságlevelet szerzeni kötelesek.

Eredetije rongált papíron, hátán viaszpecsét töredékeivel, a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Gróf Teleki S. kanc. iratai.

²⁾—⁴⁾ Kiszakadozott szótag és betűk.

Nos Nicolaus senior de Vizakna vicewayvoda Transsilvanus. Memorie commendamus per presentes, quod cum nos iuxta continentias litterarum fassionaliū pariter et obligatoriārum inter egregios Nicolaum Erdeli de Somkerek et Stephanum similiter Erdeli de eadem consimili modo vicewayvodam Transsilvanum ab una, et inter siculos et populos de Naghernee parte ab alia super facto rectificationis quarundam metarum inter possessionem Sarumberk vocatam eorundem Nicolai (*így!*) et Stephani et predictam villam Nagernee habitārum emanatarum hominem nostrum videlicet magistrum Nicolaum partium Transsilvanarum prothonotarium in persona nostra duxissemus transmittendum, tandem idem exinde ad nos reversus nobis retullit eomodo, quod dum ipse feria sexta proxima post festum Visitationis beate Marie virginis novissime preteritum ex deductione annotatorum Nicolai (*így!*) et Stephani Erdeli ad prescriptam possessionem Sarumberk, consequenterque ad faciem prescriptarum metarum certis vicinis et commetaneis infra declarandis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, videlicet Michaele Zekel de Zenthiwan, Blasio de Zenthgergh, Benedicto Bichaak, Stephano filio eiusdem, Nicolao de Zengel, Michaele de eadem, Laurentio de Jara, Gregorio ac Francisco de eadem et Benedicto Kemez de alia Zenthiwan ceterisque quampluribus inibi adherentibus, nec non annotatis Nicolao et Stephano Erdeli ac Paulo Zekel de dicta Naghernee, ceterisque quampluribus siculis de eadem presentialiter illac accersitis, nichilominusque Michaele de Swk, Anthonio Desew de Patha et Eleews de Thorozko pro parte annotatorum Nicolai (*így!*) et Stephani Erdeli, nec non Ladislauo (*így!*) Alard, Benedicto Weres de Famas et Symone Forro de Belen pro parte predictorum siculorum et populorum de dicta Nagernee, iudicibus utputa et arbitris per ipsas partes equali numero electis personaliter as(s)istentibus, licet partes antedictae in demonstrationibus cursuum metarum ipsarum plurimum discrepaverint et discordati extiterint, tamen ad ultimum per ordinativam compositio-

júl.
6.

nem predictorum arbitrorum et iudicum, nec non vicinorum et commetaneorum antedictorum coram eodem magistro Nicolao, ut eedem partes et earum successiva posteritas pacifice et quiete in evum permanere possent, terras litigiosas et fenilia inter ambarum partium metarum demonstrationes adiacentes in duas rectas et coequales partes funiculi distributione mediante divisissent et easdem terras partes inter easdem per certarum metarum erectiones abinvicem sequestrassent hoc modo, quod primo incepissent infra quemdam monticulum ex ista parte Zazfewld dictum, supra dorsum antiqui saltus spinosi a parte australi duas metas erexissent, quarum una a parte australi possessioni Sarumberk predicte et a parte meridionali eidem ville Nagern[ee] distinguentes; inde procedendo versus partem occidentalem inter terras arabiles in medio terrarum arabilium in planicie unam metam cumulassent. Abhinc plagam ad eandem eundo in monticulo inter rivulum Zazpataka et puteum Budakwtha vocatum duas metas de terra erexissent, quarum una a parte meridiei ville Nagernee et alia a parte predicti fontis Budakwtha prescripte possessionis Sarumberk distinguerent. Deinde descendendo ad eandem plagam versus viam, per quam irentur ad Sarumberk et e converso, et eandem viam pertranseundo et in prato seu fenili Kerekreth vocato unam metam cursualem de terra fecissent. Et abhinc ad eandem plagam occidentalem proficiscendo versus viam magnam et communem Wasarwswth vocatam et eandem pertranseundo a parte occidentis in margine eiusdem vie¹⁾ duas metas terreas de terra cumulassent predictis possessioni Sarumberk et ville Nagernee pertinentes. Inde vero eandem partem occidentalem tenendo et quoddam stagnum Nager vocatum pertranseundo pervenissent ad unum alium stagnum Horgasser vocatum, transsaliendo inter terras arabiles, inter duo stagna vulgo Hargasser vocata unam metam cursualem erexissent. Abhinc vero adhuc ad eandem

¹⁾ via az eredetiben.

plagam veniendo penes et prope stagnum Harangosto vocatum a parte orientis unam metam inter terras arabiles de terra elevassent. Deinde modicum girando inter orientalem et australem plagas transeuntes in margine portus cuiusdam stagni Almasberekawa vocati, secus quamdam viam duas metas de terra cumulassent, quarum una a parte orientis prescripte possessioni Sarumberk, alia vero a parte occidentis prescripte ville Nagernee separantes; inter eundem Almasberktho transsaliendo in medio fenilis Almasberky vocati unam metam cursualem erexissent. Abhinc per medium eiusdem fenilis proficiscendo in eodem fenili unam metam cursualem elevassent. Abhinc ad eandem plagam versus fluvium aque Marusii in eodem Almasberek ad unam arborem silicis³⁾ perveniendo ex utraque parte eiusdem arboris duas metas terreas fecissent, quarum una a parte orientis prescripte possessioni Sarumberk, et alia a parte occidentis prescripte ville Nagernee separarunt, ubi erectiones metarum inter annotatam possessionem Sarumberk et prescriptam villam Nagernee terminate exstitissent, sic videlicet, quod cursus metalis⁴⁾ directe ab eisdem duabus metis inter arbores silicum⁵⁾ usque dictum fluvium aque Marusii protenderent, sicque terras et fenilia a parte prescripte possessionis Sarumberk cisdem Nicolao et Stephano, et a parte prescripte ville Nagernee dictis siculis et populis de dicta Nagernee iure perpetuo [et ir]revocabiliter⁶⁾ statuissent⁷⁾ et commisissent tenendas, possidendas pariter et hab[enda nul]lo⁸⁾ contradictore apparente; tali obligaminis vinculo mediante, quod si prefati Nicolaus et Stephanus Erdeli aut eorum successores prescriptam [or]dinativam⁹⁾ composit[ionem anno]tatorum¹⁰⁾ arbitrorum et iudicum, ac annotatas metarum erectiones [in toto vel in parte, intra]¹¹⁾ vel extra iudicium retractando infringere

³⁾ salicis helyett hibásan.

⁴⁾ metales helyett hibásan.

⁵⁾ salicem helyeit hibásan.

⁶⁾—¹¹⁾ Kizsakadozott helyek.

attemptarent, extunc ipsi in trecentis¹²⁾ marcis argenti ponder[is]¹³⁾ Budensis, ut[puta]¹⁴⁾ quinquaginta¹⁵⁾ (iudici¹⁶⁾ et residuis partibus parti adverse persolvendis et insuper in amissione illius terre litigiose contra annotatos siculos et populos de dicta Nagernee convincerentur et convinci deberent eo facto. Si vero annotati si[culi]¹⁷⁾ et populi de sepedicta Nagernee aut eorum successiva posteritas sive alii quicumque siculi huiusmodi dispositionem et metam erectiones dissolvere et abolire attemptarent, extunc annotati siculi et populi de seped[ict]a¹⁸⁾ Nagernee consimiliter in trecentis¹⁹⁾ marcis argenti, utputa quinquaginta²⁰⁾ iudici²¹⁾ et residuis partibus parti adverse persolvendis et consimiliter in amissione illius terre litigiose,²²⁾ insuper littere metales pro parte annotatorum Nicolai et Stephani emanate in vigore permanere deberent, contra memoratos Nicolaum et Stephanum Erdeli ag(g)ravarentur et ag(g)ravari deberent eo facto; < et quod ambe partes octavo die festi beati Michaelis archangeli testimonium conven[tus] ad renovandas prescriptas metas ad faciem prescripte terre adducere et exinde litteras necessarias eedem partes pro earum parte recipere et emanari debeat de conventu antedicto sub obligaminis pena antedicta. >²³⁾ Ad que omnia premissa partes antedictae coram pretactis arbitris et [iu]dicibus,²⁴⁾ nec non iam notato magistro Nicolao prothonotario, ac vicinis et commetaneis antedictis sese spontanea eorum voluntate obligassent et polliciti exstitissent. In quorum omnium pre-

okt.
6.

¹²⁾ centum törlése után egykorulag való sorközi betoldás.

^{13)–14)} Kiszakadt helyek.

¹⁵⁾ [vigint]i quinque törlése után szintén egykorulag való sorközi betoldás.

¹⁶⁾ iudicii az eredetiben.

^{17)–18)} Kiszakadozott helyek.

¹⁹⁾ Mint a ¹²⁾ jegyzetben.

²⁰⁾ Mint a ¹⁵⁾ jegyzetben.

²¹⁾ iudicii az eredetiben.

²²⁾ convincerentur *ide betoldva, de kitörölve.*

²³⁾ Sorközi és lapszéli betoldások többrendbeli javítással.

1464.
júl.
14.

missorum testimonium et f[idem]²⁵⁾ litteras nostras duximus concedendas. Datum Thorde, quartodecimo die octavarum festi Nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

62.

1464. okt. 13.

A kolosmonostori convent idősb Vizaknai Miklós erdélyi alvajda rendeletére egyfelől a somkerek-i Erdélyi Miklós és István Sáromberke nevű birtoka, másfelől Nagyernye székely falu vitás határát megjárhatja s a vitás szántók és kaszálók fele részének a birtokába Erdélyi Miklóst és Istvánt, illetve a nagyernyei székelyeket a nevezett alvajda 1464. július 14-iki okleveléből ismert feltételek alatt beiktatja.

Egykorú másolata szakadozott papíron Orsz. lt. MODL. 28855.

(C)onventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in [omnium Salvatore. Ad universorum notitiam ha]rum¹⁾ serie volumus pervenire, quod nos litteras egregii Nicolai senioris de Wyzakna vicevayvode Transsilvani reambulatorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba:

Amicis eorum r[everendis conventui ecclesie beate Marie]²⁾ virginis de Kolosmonostra Nicolaus senior de Vizakna vicevayvoda Transsilvanus amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis egregiorum Nicolai Erdely de Somkerek et Stephani similiter Er[dely consimili modo vicevayvode³⁾ Transsilvani, quomodo quedam mete terrarum inter possessionem Saromberk eorundem Nicolai et Stephani et inter villam sicularem Nagernye vo-

²⁴⁾—²⁵⁾ Kizsakadt helyek.

¹⁾—³⁾ Kizsakadozott helyek.

catam adiacentium nuper per ordinativam compositionem et arbitrativam [dispositionem!]⁴) proborum et nobilium virorum inter eosdem Nicolaum et Stephanum Erdely et siculos de dicta Nagernye subsecutam erectione⁵) ac nova renovatione plurimum indigerent. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, [quatenus vestrum]⁶) mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Zengel aut Stephanus de Jara seu Gregorius de eadem aliis absentibus homo noster ad faciem prescriptarum terrarum, certis vicinis et commetaneis illac legitime convocatis et presentibus accedendo easdem metas per cursus earundem metarum reambulando easdem renovare et terras sub inclusionibus cursuum predictarum metarum a parte prescripte possessionis Saromberk adiacentes eisdem Nicolao et Stephano statuendo, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi metarum renovationis seriem cum cursibus earundem metarum, nec non nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, terminoque assignato⁷) nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Kewres, feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

1464.
okt.
1.

Nos itaque amicabilibus petitionibus prefati vicevay-[vode nostrum]⁸) prebentes consensum una cum memorato Stephano de Jara homine suo nostrum hominem, videlicet religiosum virum fratrem Stanislaum custodem dicte ecclesie nostre ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisi[mus fidedignum],⁹) qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beati Francisci confessoris novissime preteritum ad faciem prescriptarum terrarum inter possessionem Sar[omberk prefator]um¹⁰) Nicolai et

okt.
8.

⁴) Kizsakadt.

⁵) erectarum a *másolatban*.

⁶—¹⁰) Kizsakadt helyek.

Stephani et inter villam sicularem Nagernye nuncupatam adiacentium, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus Laurentio de Jara, Gregorio ac Francisco de eadem, Ladislao ... [de S]infalwa¹¹⁾ aliis quampluribus, metas earundem terrarum hoc modo reambulassent, quod primo incepissent infra quendam monticulum ex ista parte Zazfeld dictum, supra dorsum antiqui saltus spinosi a parte australi dua[s metas¹²⁾] erexissent, quarum una a parte australi possessioni Saromberk predictae et a parte meridionali eidem ville Nagernye distinguentes. Inde procedendo versus partem occidentalem inter terras arabiles, in medio terrarum ara[biliu]m¹³⁾ (in)¹⁴⁾ planicie unam metam cumulassent. Abhinc plagam ad eandem eundo in monticulo inter rivulum Zazpathaka et puteum Bwdakwtha vocatum duas metas de terra erexissent, quarum una a parte meridiei ville Nagernye et alia a parte predicti fontis Budakwtha prescripte possessionis Saromberk distinguerent. Deinde descendendo ad eandem plagam adversus viam, per quam irent ad Saromberk et econverso ad eandem viam pertranseundo in prato seu fenili Kerekreth¹⁵⁾ vocato unam metam cursualem de terra fecissent et abhinc ad eandem plagam occidentalem proficiscendo versus viam magnam et communem Wasaruswth vocatam et eandem pertranseundo a parte occidentis in margine eiusdem vie duas metas terreas de terra cumulassent predictis possessioni Saromberk et ville Nagernye pertinentes. Inde vero eandem partem occidentalem tenendo et quoddam stagnum Nageer vocatum pertranseundo pervenissent ad unum aliud stagnum Horgaser vocatum, transsiliendo inter terras arabiles inter duo stagna vulgo Horgaser vocata unam metam cursualem erexissent. Abhinc vero adhuc ad eandem plagam veniendo penes et prope stagnum Harangos- tho vocatum a parte orientis unam metam inter terras

^{11—13)} Kizsakadt helyek.

¹⁴⁾ A tollban maradt.

¹⁵⁾ Kerekkerth a *másolatban*.

arabiles de terra elevassent. Deinde modicum girando inter orientalem et australem plagas transeuntes in margine ortus cuiusdam stagni Almasberekthawa vocati, secus quandam viam duas metas de terra cumulassent, quarum una a parte orientis prescripte possessionis Saromberk, alia vero a parte occidentis prescripte possessionis Nag Ernye separantes, inter eundem Almasberektho transsiliendo in medio fenilis Almasberky vocati unam metam cursualem erexissent. Abhinc per medium eiusdem fenilis proficiscentes in eodem fenili unam metam cursualem elevassent. Abhinc ad eandem plagam versus fluvium aque Marusii in eodem Almasberek ad unam arborem salicis perveniendo ex utraque parte eiusdem arboris duas metas terreas fecissent, quarum una a parte orientis prescripte possessionis Saromberk et alia a parte occidentis prescripte ville Nag Ernye separarent, ubi erectiones metarum inter annotatam possessionem Saromberk et prescriptam villam Nag Ernye terminate existissent, sic videlicet, quod cursus metalis directe ab eisdem duabus metis inter arbores salicum usque dictum fluvium aque Marusii protenderent, sicque terras et fenilia a parte prescripte possessionis Saromberk eisdem Nicolao et Stephano, et a parte prescripte ville Nagernye dictis siculis et populis de dicta Nagernye iure perpetuo et irrevocabiliter statuissent et commisissent tenendas, possidendas pariter et habenda nemine contradictore apparente; tali [obligaminis]¹⁵⁾ vinculo mediante, quod si prefati Nicolaus et Stephanus Erdely aut eorum successores prescriptam arbitrariam compositionem ipsorum arbitrorum et iudicum, aut annotatas metarum erectiones in toto vel in parte, intra vel extra iudicium retractando infringere attemptarent, extunc ipsi in tricentis marcis argenti ponderis Budensis, videlicet quinquaginta iudici et residuis partibus parti adverse persolvendis, et insuper illius terre litigiose amissione contra annotatos siculos et populos de dicta Nagernye convincerentur et convinci deberent eo

¹⁵⁾ Kizsakadva.

facto. Si vero annotati siculi et populi de sepedicta Nagernye aut eorum successiva posteritas sive alii quicumque siculi huiusmodi dispositionem et metarum erectiones dissolvere et abolire¹⁶⁾ attemptarent, extunc annotati siculi et populi de sepedicta Nagernye consimiliter in tricentis marcis argenti, utputa quinquaginta iudici et residuis partibus parti adverse persolvendis et consimiliter in amissione illius terre litigiose, insuper littere¹⁷⁾ metales pro parte annotatorum Nicolai et Stephani emanate in vigore permanere deberent, contra memoratos Nicolaum et Stephanum Erdely aggravarentur et aggravari deberent eo facto; quodque ambe partes octavo die festi beati Michaelis archangeli testimonium conventus ad renovandas prescriptas metas et ad faciem prescripte terre adducere et exinde litteras necessarias eedem partes pro earum parte recipere et emanari debeat de conventu¹⁸⁾ antedicto sub obligaminis pena antedicta. Ad que omnia premissa partes antedictae coram pretactis nostro testimonio et homine vayvodali sese spontanea earum voluntate obligassent et polliciti exstitissent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentes et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sexto die diei termini prenotati anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto supradicto.

okt.
6.

1964.
okt.
13.

63.

1466. jún. 27. Buda.

Mátyás király az Aranyas, Maros, Udvarhely, Csik és Gyergyó széki székelységnek meghagyja, hogy az erdélyi püspöknek és egyházának a rossz szokásból fizetni

¹⁶⁾ aboliri a másolatban.

¹⁷⁾ terre u. o.

¹⁸⁾ convento u. o.

kezdet tizenhatod rész helyett ezentúl a szokásos tizedet fizessék.

Eredetije papíron, alján papírral fedett pecséttel a gyulafehérvári kápt. lt. *Cista capituli* I. 20.

Szabó K., Székely Oklevéltár I. 203. I. eltérésekkel.

Commissio propria domini regis.

Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris universis et singulis siculis in sedibus Aranyas, Maros, Wduarhel, Chyk et Gywrgyw commorantibus salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri reverendi in Christo patris domini Nicolai episcopi ecclesie Albensis Transsilvane querulose, quomodo vos decimas e medio vestri et bonorum vestrorum eidem domino episcopo et dicte ecclesie sue provenire debentes eidem non secundum antiquas libertates et consuetudines dicte ecclesie sue solveretis, sed introducetes quandam malam consuetudinem eidem domino episcopo sedecimam partem rerum vestrarum decimari solitarum solveretis, unde supplicatum est nobis in persona eiusdem, ut sibi circa premissa de remedio opportuno providere dignemur. Et quia nos volumus, ut huiusmodi decime eidem domino episcopo et ecclesie sue provenire debentes secundum antiquam consuetudinem alias observatam ipsi domino episcopo et ecclesie < sue prefate > ¹⁾ solvantur, ideo fidelitati vestre et cuilibet vestrum harum serie firmiter mandamus, quatenus amodo in posterum predictas decimas e medio vestri ut prefertur dicto domino episcopo et dicte ecclesie sue provenire debentes, obmissa nova consuetudine vestra, secundum antiquam consuetudinem vestram dicte ecclesie sue cum effectu solvere debeatis, alioquin commisimus et presentibus strictius committimus fidelibus nostris magnificis wayvodis vel vicewayvodis partium regni nostri Transsilvanarum ac comitibus vestris, ut ipsi scita prius superinde veritate vos et quemlibet vestrum ad premissa

¹⁾ Javítással.

1466.
jún.
27.

facienda per gravamina vestra arctius compellant et astringant, auctoritate nostra ipsis presentibus in hac parte attributa et iustitia mediante. Secus ergo non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Bude, in festo beati Ladislai regis et confessoris, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, regni nostri anno nono, coronationis vero tertio.

64.

1466. aug. 9. Nagyszeben.

Szentgyörgyi és Bazini János erdélyi vajda és székely ispán a brassaiaknak megparancsolja, hogy azt a brassai lakos Lukács székelyt és társait, akik hidvégi Nemes Mihályt Brassóból hazatérőben, a város kapuja között orozva megtámadták, karját könyökbe levágva félholtan hagyták, a tordai országgyűlésen állítsák ő elébe.

Eredetije papíron, aljára nyomott veres viaszpecsét töredékeivel. Török Bertalan hagyatékából az. Erd. Múzeum lt.

Johannes comes de Sancto Georgio et Bozin wayvoda Transsilvanus siculorumque comes. Prudentibus et circumspectis viris, iudici ac iuratis civibus civitatis Brassoviensis dilectionem cum favore. Gravem querelam nobilis Valentini dicti Nemes de Hydweg accepimus valde displicenter, quomodo his proximis retroactis diebus, dum Michael filius suus ad dictam civitatem Bras-souiensem pro certis suis necessitatibus fora inibi exercere accessisset, tunc quidam Lucas sculus, coinhabitor dicte civitatis Brassouiensis adunatis sibi nonnullis aliis¹⁾ suis complicibus in porta eiusdem civitatis in insidiis latendo, dum dictus Michael per ipsam portam regressurus ad propria redire voluisset, tunc dictus Lucas et sui complices inter valvas dicte porte more latrocinio in ipsum

¹⁾ sibi *kitörölve*.

Michaelem irruendo eundem diris vulnerum plagis sauciando manus eiusdem in cubitu amputassent semivivum eundem²⁾ relinquendo, de cuius vita etiam ad presens dubitaretur; his itaque per eosdem patris et commissis per quendam famulum annotati Michaelis vos iudex requisitus memoratos sceleratores iuri detinere recusassetis, sed eosdem confovendo in civitate iamdicta Brassouienſi [tenuissetis(!) eti]am³⁾ de presenti in dicti exponentis preiudicium satis grande. Et quia nos tales actus et commissos nepharios simpliciter et impune pertransire nolimus, ne alii ad similia attemptanda mala ingerere presumant, dilectionibus igitur vestris harum serie regia in persona firmiter precipiendo committimus, quatenus acceptis presentibus memoratos Lucam et sibi in hac parte complices et consocios captivare et ad proximam generalem congregationem regnicolarum die dominico proximo post festum Assumptionis virginis gloriose Thorde celebrandam nobis presentare, vosque certos ex vobis ad reddendam rationem, cur talia in libera civitate regali mala et actus nepharios quibuspiam committere permittatis, nostri in presentiam, dictam ad congregationem transmittere debeatis. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Cibinii, sabato⁴⁾ in vigilia festi beati Laurentii martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

aug.
17.

1466.
aug.
9.

Propria commissio domini comitis.

65.

(1467. máj. 27.)

A kolosmonostori convent előtt Vincze szentkirályi pálos perjel meggyesfalvi Alárd Lászlót Kisfalud végén a Maroson szándékolt malom építésétől tiltja.

²⁾ Sorközi betoldás.

³⁾ Kizsakadva.

⁴⁾ proxima innen kitörölve.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot. minus F. fol. 14.)

1467.
máj.
27.

Quod religiosus vir frater Vincentius ordinis fratrum heremitarum prior claustris beate Marie virginis de promontorio Zenthkyral in sua ac universorum fratrum heremitarum in eodem monasterio degentium personis veniens in presentiam, per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo Ladislaus filius condam Jacobi filii Alard de Megesfalwa quoddam molendinum super fluvio Maros infra molendinum ipsorum fratrum in fine ville Kysfalwd, ubi ad memoriam hominum nusquam aliquod molendinum fuisset edificatum, de novo construi et edificari facere vellet et niteretur, iamque edificari incepisset in detrimentum et nocumentum dicti molendini ipsorum ac preiudicium et dampnum eorundem fratrum heremitarum valde magnum. Qua protestatione facta idem nominibus quibus supra annotatum Ladislaum Alard et alios quoslibet ab huiusmodi minus iusta etc. prohibuit lege regni requirente coram etc. Datum feria quarta proxima post festum beati Urbani pape, anno etc.

66.

(1467. máj. 27.)

A kolosmonostori convent tiltó levele szerint Vincze barát, a szentkirályi pálosok priorja, meggyesfalvi Alárd Lászlót, Pétert, szentannai Székely Ambrust és a szentkirályi és székelyfalvi székelyeket a kolostor némely szántóföldeinek és erdeinek élésétől tiltja.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot. minus F. fol. 14.)

Idem nominibus et in personis uti supra Ladislaum et Petrum filios condam Jacobi Alard de Megesfawa, nec non Ambrosium Zekel de Zenth Anna, item certos no-

biles et siculos in villis Zenthkyral et Zekelfalwa commorantes et alios quoslibet ab occupatione detentioneque et utensione certarum terrarum arabilium ac silvarum ad dictum claustrum ipsorum fratrum pertinere debentium, easdemque sibipsis usurpatione ac perpetuatione seu perpetui factione, usuum fructum etc. prohibuit lege regni requirente. Datum ut supra.¹⁾

1467.
máj.
27.

67.

1468. márc. 9. Eger.

Mátyás király az erdélyi részekben támasztott lázadásban részes Maros és Aranyas széki székelyeknek megkegyelmez, őket szabadságaikban és dicséretes jogszokásaikban, — a budai országgyűlés végzéséből mindenkire nézve köteles kincstári adó kivételével, — megtartani ígéri s az erdélyi vajdákat, alvajdákat, székely ispánokat és alispánokat ilyen értelemben utasítja.

Egykorú bejegyzése Orsz. lt. MODL. 36394. (Kolosm. Prot. minus G. fol. 10.)

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod quamquam nuper certi rumores in partibus Transsilvanis contra nostram maiestatem fuissent suscitati, in quibus etiam siculi in sedibus Maros et Aranyas vocatis commorantes eriminabantur, tamen nos ex benignitate nostra regia eosdem siculos dictarum sedium in omnibus eorum libertatibus ac laudabilibus et bonis consuetudinibus, tam per divos reges Hungarie nostros scilicet predecessores, quam per nos ipsis datis et concessis, demptis proventibus tributis fisci nostri regalis nuper per decretum prelatorum,

¹⁾ Datum feria quarta proxima post festum beati Urbani pape, anno etc.

baronum et nobilium dicti regni nostri Hungarie superinde Bude editum,¹⁾ a quorum solutione iuxta idem decretum nemo libertari potest, ac aliis dispositionibus eorundem prelatorum, baronum et nobilium regni nostri unanimiter in posterum per eosdem faciendis duximus tenendos, immo tenemus et teneri volumus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris, magnificis vayvodis vel vicevayvodis nostris Transsilvanis ac comitibus vel vicecomitibus siculorum nostrorum nunc constitutis et in futurum constituendis harum serie firmiter mandamus, quatenus amodo in antea prefatos sículos dictorum sedium in omnibus eorum libertatibus ac bonis et laudabilibus consuetudinibus tam per divos reges Hungarie, quam per nos ipsis datis et concessis, demptis premissis dispositionibus, tenere et conservare debeatis, nec secus facere presumpmatis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Agrie, feria quarta proxima post dominicam Invocavit, anno etc. LX-mo octavo, regni nostri anno undecimo, coronationis vero quarto.

1468.
márc.
9.

68.

(1468. szept. 19.)

A kolosmonostori convent az Aranyas széki széke-lyeknek Zsigmond királytól adott s Nagylaki Márton és társai által bemutatott kiváltságlevelét privilegiális alakban átírja.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot. minus F. fol. 27.)

Quod nobiles ac agiles viri Martinus de Naglak ac Michael Czyko de Weresmorth, nec non Martinus Galfy de Mezkeu et alter Martinus Thorkus de Felsewzenth Myhalfalw in ipsorum ac universorum siculorum sedis Ara-

¹⁾ 1467. márc. 25. előtt. — *Kovachich*, Vestigia comitorum 372—375. és Supplementum ad Vestigia comit. II. 182.

nyas personis nostram venientes in presentiam exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam litteras condam excellentissimi principis et domini domini Sigismundi dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, ac Hungarie, Bohemie etc. regis felicitatis reminiscencie privilegiales, pendentis autentici novi duplicis maioris sigilli sui munimine roboratas, petentes nos debita cum instantia, ut tenorem earundem de verbo ad verbum transscribi et transsumpti faceremus, transcriptumque et transsumptum earundem ipsis dare dignaremur iuris eorum uberiorem ad cautelam. Quarum tenor is est:

Sigimundus etc. — —

Nos itaque iustis ac iuriconsonis petitionibus prefatorum Martini de Naglak, Michaelis Czyko de Weresmorth, Martini de Mezkeu et alterius de Felsewzenthmyhalfalw annuentes prescriptas prenominati condam domini Sigismundi regis privilegiales sanas, veras et integras, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sed omni prorsus suspicionis scrupulo carentes de verbo ad verbum, sine diminutione et augmento aliquali presentibus litteris nostris similiter privilegialibus transscribi et transsumpti facientes transcriptumque et transsumptum earundem prefatis siculis universis sedis Aranyas duximus concedendum iuris eorum uberiorem ad cautelam. In cuius rei memoriam etc. Datum feria secunda proxima ante festum beati Mathei apostoli et euangeliste anno etc.

1468.
szept.
19.

69.

(1469. okt.)

A kolosmonostori convent előtt Bándi Pál fia Gál ügyvédekét vall.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot. minus F. fol. 74.)

Quod Gallus filius Pauli de Band constituit Jacobum de Karankay, Ambrosium de Zenth Anna, alterum Ambrosium litteratum de Wasarhel, Petrum de Boythy, Nicolaum litteratum de Buda, discretum Gregorium plebanum de dicta Band.

70.

(1469. nov. 9. után.)

A kolosmonostori convent Aranyas széknék Mátyás királytól nyert kiváltságlevelét privilegiális alakban átírja.

Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot. minus F. fol. 74.)

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Martinus Thukos¹⁾ de²⁾ in personis universorum sicularum in sede Aranyas commorantium ad nostram accedendo presentiam exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras privilegiales³⁾ serenissimi principis et domini domini Mathie dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. regis, petens nos debita cum instantia, ut easdem de verbo ad verbum litteris nostris similiter privilegialibus transscribi et transsumpti faceremus, transcriptumque et transsumptum earundem eidem dare dignaremur. Quarumquidem privilegialium tenor talis est.

¹⁾ Thorkus *a conventnek 1468. szept. 19-én kelt bejegyzésében elébb.*

²⁾ Felsewzenth Myhalfalw *kihagyva.*

³⁾ Mátyás király 1469. nov. 9-én kelt kiváltságlevelét l. Szabó K., Székely Okl. I. 213.